Bigamus non est qui virginem duxit quæ maritum præmortuum non cognouerat. p.4.fol.4.\*.1.

Sed quid si ab extraneo, eo inscio corrupta fuerit? nihilominus bigamus est. ibid.d.

Bigamus nõ potest promoueri ad episcopatum. p.1.fol.42.b.\*.2.

Bigamus quis dicatur. ibid.i.&.k.

**BLASPHEMIAE** crimen est contra naturam. p.2.fol.11.a.h,

Blasphemia est aliquid dictum vel factum in contemptum Dei, etiam sine maledictione. p.7.fol.81.b.b.

Blasphemiam accusare potest quilibet de populo: & hoc videntes accusatores & testes esse possunt. p.7.fol.81.b.\*.1.

Blasphemus non accusatur calore iracundiæ, nisi tantus esset qui demerita æquipararetur. p.7.fol.81.b.a.

Quid autem de ebrio blasphemante? excusabitur. ibid.

Blasphemus si sit diues homo, cui pœnæ subiaceat. ibid.\*.2.

Quid autem si plebeius, vel infidelis. ibi. fol. 82.b.\*.1.2. &.3.

**BONA** per peccatorem peccato mortali alligatum, ad quid profint. p.1.fol.26.a.\*.3.

Bona quæ quis fecit, moriuntur, postquam mortaliter peccat: sed si poeniteat, reuiuiscunt. ibidem.\*.3.

Bona peregrinorum qui in itinere moriuntur, qualiter debeant asseruari: & quomodo de eis disponendum sit. p.6.fol.11.a.\*.1.

Bona viri sunt tacite obligata pro restitutione dotis. p.4.fol.33.b.\*.1.

Sed hoc intelligitur in bonis quorum administrationem mulier concessit marito. ibidem.d.

Bona paraphernalia quæ dicatur, & quot sint eorũ genera. p.4.fol.33.b.b.

Bona infidelium qui nobiscum viuere volũt in pace, an possint capi, & deprædari, maxima fuit contrarietas inter Inno. & Host. p.5.fol.48.b.col.2.in medio.

Bona hæreticorum hodie diuiduntur in tres partes. p.7.fol.78.a.c.

Bona à beando dicuntur. p.5.fol.13.b.col.1.in medio.

Bona maioræ quæ dicantur. p.2.fol.44.a.d.

Bona immobilia regni sunt impræscriptibilia. p.2.fol.53.b.n.

Bona sua si quis relinquat in maioriam, seu iure maioræ, an intelligantur etiam de bonis futuris. p.5.fol.84.a.g.

Bona patris tacite obligata sunt filio, si ipse filij bona aduentitia alienæ & aget filius post mortem patris coram quemcunq; detentorem, si deficiant bona paterna. p.5.fol.89.b.\*.1. & l per totum.

Bona acquisita constante matrimonio, eò ipso quod ducuntur ad domum, efficiuntur communia, & dominium transit pro parte in vxorem. p.5.fol.31.a.col.1.in medio. (6.fol.109.b.p.)

Bona fideiussorum & hæredum tutoris, tacite sunt obligata minori. p.

Bona eorum qui sibi mortem conscuerunt, quibus de causis fisco applicantur. p.7.fol.12.b.col.1.in principio.

Bona hæreticorum capi non possunt per principes seculares, donec per iudices ecclesiasticos lata sit sententia. p.7.fol.18.a.c.

Bona eius qui sibi mortem intulit, vt confiscentur, duo requirantur. p.7.fol.12.a.k.

Bona proditoris à quo die intelliguntur confiscata. p.7.fol.18.a.c.

Bonorum acquiritorum constante matrimonio quibus modis transit in vxorem dominium. p.5.fol.31.a.col.1. per totam colum.

Bonorum iam fisco incorporatorum à principe facta concessio, an sit valida. p.3.fol.93.b.c.

Bonorum appellatione non continentur quæ plus damni quàm commodi adferunt. p.7.fol.100.a.Reg.3.

Bonorum possessio contra tabulas dabitur filio non ritè ex hæredato, contra testamentum matris. p.6.fol.44.b.b. p.6.fol.6.a.\*.1.

Bonis capti, vel absentis, vel sine hærede defuncti, dandus est curator. In bonis nostris esse videntur ea quæ bona fide possidemus. p.5.fol.87.a.col.2.in medio.

**VL LAE** Cruciatæ hodie facultatem concedunt eligendi Confessorem. p.1.fol.20.b.col.1.b.

## C.



**C** P.1. quo temp. mil. in prin. quæ fuit pri. cau. ben. amitten. limitatur per. l. Part. p.2.fol.41.b.a.

**C**. filius noster. de testa. nouo intellectu illustratur. p.6.fol.59.b.col.1. per totum.

Cæcus non potest facere testamentum in scriptis. p.2.fol.34.b.d. & p.6.fol.6.a.l.

Cæcus qualiter possit facere testamentum, & quæ solennitas in eo requiratur. p.6.fol.6.a.\*.1. & o per totum.

Cæci oculos an liceat vngere, vt videat. p.1.fol.18.b.g.

**CAESAR** quare sceto vtero vidit lucem. p.2.fol.45.a.

**CAETERORVM** appellatione, cum in testamentis apponitur quid contineatur. p.6.fol.56.a.col.1.in fine.

**CAMBII** nomine hodie sceneratores & vsurarij vbiq; vsuras paliant. p.7.fol.24.a.in prin.

Canem qui soluit scienter vt damnum faceret vel eum irritauit, de eo tenetur. p.7.fol.60.a.\*.3.

**CANCELLARIA** quid sit. p.3.fol.128.a.\*.2.

Cancellarius olim dicebatur quæstor. p.2.fol.22.a.g.



# Septem partitarum.

- Cancellarius debet esse naturalis regni. Ibid. j.
- Cancellarius qualiter debeat seruari sigillum. p. 3. fol. 127. b. \*. 1.
- Cancellarij officium, quod & quale sit. p. 2. fol. 22. a. \*. 1.
- CANONICORVM** vita in quibus concordat cum ea monachorum. p. 1. fol. 79. a. \*. 1.
- Canonizatio sanctorum qualiter fieri debeat. p. 1. fol. 31. a. \*. 3.
- Qualiter debeat inquiri de vita canonizandi. Ibid. b. a. & c.
- CANTORIBVS** an licet linire guttur, vt dulcius canant. p. 2. fol. 16. b. a.
- CAPELLANVS** Regis qualis debeat, & quod sit eius officium. p. 2. fol. 21. b. \*. 2.
- Capellæ monachorum sunt subiectæ Episcopo de Iure Communi. p. 1. fol. 104. a. b.
- CAP I** nemo potest sine iudicis mandato, nisi sit falsarius monetæ, defertor militiæ, publicus latro, aut nocturnus, domus incendiarius &c. p. 7. fol. 83. b. \*. 1.
- CAPITANEI** seu valuasores dicuntur in Hispania Infantes, & quæ sit eorum potestas. p. 2. fol. 7. b. \*. 2.
- Capitaneus, quando possit treguas facere. p. 2. fol. 3. b. col. 2. g.
- CAPITVLVM** potest statutum facere in his dumtaxat quæ concernunt facta ipsius Capituli, sine licentia Episcopi. p. 1. fol. 7. b. col. 2. in princi.
- Capituli totius consensum anihilat vnus non vocati contemptus. p. 1. fol. 12. b. \*. 1.
- Capituli maior pars dicitur, quæ est maior respectu capituli, non respectu partium. Ibidem c.
- Capitulum an possit recipere resignationem beneficiorum ex causa permutationis sedevacante, in casu quo ad solum Episcopum spectat collatio beneficiorum. p. 5. fol. 35. b. a.
- Conuocatio capituli ad quem pertineat. p. 1. fol. 113. a. a. (\*. 1. & 2.
- Capitulum generale religiosorum, vbi, & qualiter debeat celebrari. p. 1. fol. 75. b.
- CAPTVS** in carcere, vide in dictio. Incarceratus.
- Captiuitatis iura non seruantur inter Christianos, quod ad personas captas. p. 2. fol. 110. a. \*. 1. & p. 6. fol. 31. a. d.
- Captiuus restituitur contra prescriptionem contra eum decursam. p. 2. fol. 11. b. \*. 1.
- Captiuus non potest condere testamentum neq; codicillos dum est in captiuitate. Ibidem. \*. 2.
- Captiuus qui redemit, non habet in eum ius seruitutis. p. 2. fol. 113. \*. 1.
- CAPVLARIS** senex quis dicatur. p. 3. fol. 38. b. h.
- Capulus quid sit. Ibidem.
- CARCEREM** rumpere, aut exire, vide in parte custos, & in parte Incarceratus.
- Carcerem priuatum qui facit, qualiter puniatur. p. 7. fol. 87. b. \*. 1.
- CARDINALE S** gaudent priuilegio militum in testando. p. 5. fol. 27. b. col. 1. in prin.
- CAROLVS V.** Imperator quàm iuste imperet. p. 2. fol. 2. b. col. 1. b.
- CASTIGATOR** filij vel discipuli immoderatus, qualiter puniendus sit. p. 7. fol. 31. a. \*. 1.
- Castigatio domini erga famulos qualis esse debeat. Ibidem e.
- CASSELLA** quibus rebus debeant esse munita. p. 2. fol. 58. a. \*. 1.
- Castella cæteraq; fortalitia qualiter debeant dari & recipi. p. 2. fol. 55. a. \*. 1.
- Castella quibus ex causis possint recipi sine ianitore. p. 2. fol. 56. a. \*. 1.
- Castella regia qualiter debeant custodiri à populo. p. 2. fol. 54. b. \*. 1.
- Castella necessariò debent esse munita gallo, cane, & Cato, & furno. p. 2. fol. 61. b. b. & c.
- Castella quare non traduntur ex more antiquo, nisi per ianitorem. p. 2. fol. 55. b. \*. 1.
- Castella qualiter debeant implacitari, custodiri, muniri, & defendi, vide. p. 2. titu. xvij. per totum.
- Castellanus cuius ætatis esse debeat. p. 2. fol. 56. b. f.
- Castellanus non potest deserere castrum tempore imminentis periculi. p. 2. fol. 57. a. \*. 2. & ibid. i.
- Castellani quales esse debeant. p. 2. fol. 57. a. \*. 1.
- Castellano mortuo qualiter alius eligi debeat. p. 2. fol. 57. b. \*. 1.
- Castrum sequestratum à Rege non potest à domino per vim occupari. p. 2. fol. 63. a. c.
- Castra qualiter possunt recipi per procuratorem. p. 2. fol. 56. b. \*. 1.
- Castra & fortalitia quæ sunt in regno, pertinent ad Regem, licet non appareat de donatione. p. 2. fol. 41. a. col. 1. in prin.
- Castra concessa Marchioni, non ex hoc erunt de marchionatu. p. 2. fol. 46. a. col. 1.
- Castra priuatorum, quibus ex causis ponunt in manu regis. p. 2. fol. 56. a. h.
- Castra bello acquisita qualiter debeant tradi Regi. p. 2. fol. 64. a. \*. 1.
- In castris Baronum tempore guerræ, Rex potest ponere custodes. p. 2. fol. 54. b. b.
- Castra dicuntur, quod ibi castratur libido, secundum Pap. p. 4. fol. 47. b. f.
- CASTRANS** aut castrari faciens liberum vel seruum, quemadmo-
- dum si occidisset eum debet puniri. p. 7. fol. 31. b. \*. 2.
- Castrans hominem dicitur inimicus naturæ. p. 7. fol. 32. a. a.
- Castratus si matrimonium contrahat, dirimitur: sed si postquam contraxit, perdit genitalia, minime. p. 4. fol. 21. b. \*. 3.
- Neceius vxor potest alij copulari: nisi prius maritus intret religionem. Ibidem.
- CASVS** fortuiti qui dicantur. p. 5. fol. 5. b. l.
- CATAN I** qui dicantur. p. 2. fol. 7. b. g.
- CATECHISMVS** quid sit. p. 1. fol. 17. b. col. 2. e.
- CAS A** criminalis quæ dicatur. p. 3. fol. 21. b. e.
- Causa matrimonialis non est per arbitros terminanda. p. 4. fol. 28. b. col. 2. \*. 1.
- Causa falsa inserta testamento quid operetur. p. 6. fol. 6. b. c. d. e.
- Causa falsa adiecta legato non vitiat legatum. p. 6. fol. 62. b. \*. 2.
- Causa, secundum Barto. est quid præteritum vel instans, quo impellimur, vt aliquid disponamus. p. 6. fol. 63. a. d.
- Causa antiquior dicitur inspecto tempore solutionis, non tempore contractus. fol. 100. b. a.
- Causa vilis quæ dicatur, relinquitur arbitrio iudicis. p. 3. fol. 13. b. g. & folio. 133. a. e.
- CATIO** iudicij sistendi causa, quando expiret. p. 5. fol. 78. b. l.
- CEDENS** bonis non potest amplius post celsionem factam conueniri à creditoribus, nisi ad pinguiorem fortunam denegerit. p. 5. folio. 110. a. \*. 2. (ditorum. p. 5. fol. 110. a. \*. 3.)
- Cedere qui recusat, vel soluere mittitur in carcerem ad instantiam creditoris. Ibidem b. a.
- Cedere bonis qualiter debeant debitores. p. 5. fol. 109. b. \*. 1.
- Cedere bonis, an possit minor. Ibidem d.
- Cedere bonis potest debitor extra iudicium. Ibidem e.
- Cedere fructibus beneficiorum, an cogi possint clerici. p. 5. fol. 109. b. in fine.
- Cedere bonis non potest debitor post dilationem acceptam à creditoribus, sed incarcerabitur. p. 5. fol. 110. b. i.
- Celsio bonorum non tollit naturalem, neq; ciuilem obligationem. p. 5. fol. 110. a. h.
- Celsionis beneficio in quibus casibus quis gaudere non potest. p. 5. folio. 110. b. d.
- CENSVS** est certa pensio annua, quam prælatus ab aliqua recipit ecclesia, & significat subiectionem, & ab alijs seruitijs liberationem. p. 1. fol. 145. a. 3.
- Census ecclesiæ non potest remitti, nec minui per Episcopum sine consensu capituli. Ibidem b. \*. 3.
- Census potest imponi ecclesijs secularibus, etiam per minores prælatos de consensu Episcoporum. p. 1. fol. 145. b. \*. 1.
- Census potest imponi ecclesiæ quatuor modis. p. 1. fol. 145. b. \*. 2.
- Censualis contractus hodierni temporis in quo, ponens censum transfert tantum ius percipiendi redditus, an sit licitus. p. 5. fol. 48. b. b. col. 1. in medio.
- Multi ex scribentibus tum antiquis, tum modernis tenuerunt non esse licitum: atq; in ea re scripsit religiosissime Tractatum quendam Didacus Pizarro. Ibidem fol. 49. b. col. 2. in prin.
- Censualis contractus probatur esse vsurarius. Ibidem in fine. 2. col.
- Censualis contractus in quibus casibus hodie sit illicitus. Ibidem fol. 49. a. per duas colum. integras.
- Census quando petitur, debet probari à quo tempore debeat, nisi sit à tempore immemoriali. p. 1. fol. 146. a. \*. 1.
- CENTAVRVS** quare sit dictus, & quando primum hoc nomen fictum est. p. 5. fol. 66. b. i.
- CEREBRVM** membrum est diuinum, & in eo est sensus, & intellectus. p. 4. fol. 2. a. e.
- CHARACTER** imprimitur ei qui coactione conditionali fuit compulsus, vt promoueretur ad ordinem. p. 1. fol. 60. b. \*. 1. & ibi. b.
- Character quid sit in sacramentis. p. 1. fol. 16. a. col. 2. i.
- CHARITAS** requirit, vt prius subueniamus consanguineis, & extraneis. p. 2. fol. 20. b. d.
- Charitas quid sit. p. 2. fol. 33. a. \*. 3.
- CHARTIS** legatis, ipsæ solæ non libri debentur, nisi testator est literatus. p. 7. fol. 107. a. \*. 2.
- CHRISMA** quid sit. p. 1. fol. 19. a. col. 1. b.
- Chrismate vnguntur parietes ecclesiæ in cõsecratione. p. 1. fol. 19. b. col. 1. \*. 1.
- Chrisma an possit confici ex alio balsamo quàm Alexandrino. p. 1. fol. 19. col. 1. c.
- Chrisma in fronte & in capite quid significet. p. 1. fol. 19. a. col. 2. \*. 1.
- Chrisma ex quibus conficitur. p. 1. fol. 18. a. col. 2. \*. 1.
- Chrisma in baptismo cur detur in fronte. p. 1. fol. 17. b. col. 2. k.
- Chrismate sunt signandi omnes Christiani. p. 1. fol. 18. a. \*. 1.
- Chrisma conficitur die Iouis Cenæ, etiam tempore interdicti. p. 1. fol. 19. a. col. 1. b.



# Index materiaram

- Christus quare elegit sibi mortem crucis. p.1.fol.14.a.col.2.h.  
 Christus secundum humanitatem non fuit dominus temporalis orbis. p.2.fol.80.b.col.2.in medio.  
 Christum venturum esse iudicare viuos & mortuos, quomodo intelligitur. p.1.fol.14.a.1.  
 Christus in quantum homo fuit passibilis: vnde nisi expirasset in cruce, defecisset senio, sicut quilibet homo. p.1.fol.14.a.col.2.q.  
 Christianus vtriusq; sexus ad minus semel quolibet anno, postquam intelligit bonum & malum confiteri debet. p.1.fol.24.b.\*.1.  
 Christiani habent ius prædicandi, & annunciandi Euangelium in provincijs barbarorum. p.2.fol.81.b.col.2.in fine,  
 Christianus vir non debet sibi vitam quærere aliena morte, vnde sapiens, in naufragio positus non deberet extorquere tabulam insipienti. p.5.fol.52.a.1.  
**C I B V S** institutus fuit ad vitam, non vita ad cibum. p.2.fol.12.a.\*.1.  
**C I M I T E R I V M** vnum potest concedi diuersis ecclesijs in quo habeant ius sepeliendi suos parrochianos. p.1.fol.105.b.c.  
 Cimiterium an possit concedi ecclesiæ non habenti populum. ibid.  
 Cimiterium dicitur, quasi cinis terium: quia ibi cinis mortuorum teritur. ibid. fol.106.a.a.  
**C I R C V I T O R E S** antiquitus appellabantur medici, quia circuibant ciuitatem sanando ægros. p.8.fol.110.b.o.  
 Circumstantiæ quæ mutant speciem peccati, necessariò sunt confitendæ. p.1.fol.22.b.col.1.f.  
**C I T A R I** non possunt parentes à filijs, propter reuerentiam naturalem, nec patronus à liberto. p.3.fol.43.b.\*.1.  
 Citare potest iudex delegatus per nuntium. p.3.fol.42.b.b.  
 Citare non potest vnus iudex per nuntium alterius. ibid.  
 Citari non possunt absentes, aut non latitantes, sed perquirendi sunt. Ibidem c.  
 Citari quæ personæ non possint, ibid.\*.1.  
 Citare patronum non licet liberto, sine licentia iudicis: aliàs punitur in quinquaginta morapetinis auri. p.3.fol.44.a.\*.1.  
 Citare quæ personæ possint. p.3.fol.42.a.\*.1.  
 Citare non potest iudex mulierem, quam matrimonialiter cognoscere voluit. p.3.fol.44.a.\*.2.  
 Item nec eum potest citare quem iniuste torfit. ibid.f.  
 Citans aliquem maliciose, vt faciat eum dimittere curam rerum suarum, tenetur citato actione iniuriarum. p.7.fol.34.\*.2.  
 Citatus ad Curiam regiam, si est de regno, vbi Rex permanet, tenetur suum aduersarium per triduum, post terminum citationis expectare. Si verò est alterius regni per nouem dies. p.3.fol.45.a.\*.2.  
 Citatus se excusare non potest, licet postea mutet domicilium: vel peregrinetur, aut ad studium vadat. p.3.fol.46.a.\*.1.  
 Citatus qui contumax est, qualiter puniatur. p.3.fol.44.b.\*.1.  
 Citatus quibus de causis excusetur à contumacia, si non venerit ad terminum citationis. p.3.fol.45.b.\*.1.  
 Citatus si est detentus infirmitate longa, tenetur mittere procuratorem. ibidem.h.  
 Citatio est alicuius vocatio, vt coram iudice compareat. p.3.fol.42.a.\*.1.  
 Citatio qualiter debeat fieri. ibid.  
 Citatio noua, an requiratur ad condemnationem multæ propter contumaciam. p.3.fol.44.b.c.  
 Citatio sine præfixione termini, an possit valere. p.3.fol.45.b.a  
 Citatio fit per præconem, vbi quis non habet domum vbi citetur, & latitat. p.3.fol.42.b.d.  
 Citatio expressè debet fieri de mandato iudicis. p.3.fol.44.a.h.  
 Citatio trina debet præcedere, vt fiat missio in possessionem. p.3.fol.47.b.f.  
 Citatio si non appareat, non tenet processus, licet sit completus. p.3.fol.42.a.e.  
 Citatio necessariò debet fieri parti, vt audiat sententiam diffinitiuam, licet fuerit contumax in toto processu. p.3.fol.132.b.g.  
 Quid autem, si pars tempore sententiæ adfuerit, an requiratur citatio? ibidem.  
 Citationis terminum possunt partes ipsæ prorogare. p.3.fol.44.a.\*.3.  
 Citationis actum, an poterit tribuere ipsi aduersario tanquam nuntio? Ibidem.b.b.  
 Post citationem, reus vendens, aut permutans, aut donans rem, quæ petitur, nihil agit. p.3.fol.46.a.\*.2.  
 Vnde videtur, quòd per solam citationem in actione reali, res efficitur litigiosa, licet libellus petitionis non sit notificatus. ibidem. c. & c. per totum.  
**C I V I L I T A S** originaria quomodo amittatur. p.4.fol.61.a.b.  
**C I V I T A S** potest compellere aliquos, vt discant artificium, quo ipsa indiget. p.2.fol.69.b.a.  
 Ciuitas potest exteris prohibere piscationem in flumine quo ipsa aluitur. p.3.fol.156.b.col.1.in princip.
- Ciuitatis pars, vel quarterium potest inducere consuetudinem. p.1.fol.12.a.col.2.f.  
 Ciuitatis fundamentum magis stat in legibus, quàm in lapidibus, & muris. p.3.fol.2.a.h.  
 Ciuitatis appellatione quilibet locus muratus cum continentibus ædificijs, & sub urbijs intelligitur. p.7.fol.107.b.\*.1.  
 Ciuitates sine iussu principis se se muris circuire non pnt. p.2.fol.32.a.c.  
 Ciuitates maximè corrumpuntur extraneorum conuersatione. p.5.fol.37.a.1.  
 Ciues ideo dicuntur quòd in vnum coeuntes viuant. p.2.fol.30.a.k.  
 Ciues qui deserunt ciuitatem periclitantem perdunt priuilegia ciuilitatis. p.2.fol.66.a.e.  
**C L A V D V S** non repellitur ab ordinè susceptione. p.1.fol.58.b.h.  
**C L A V I V M** traditio non liberat hospitorem à periculo custodiæ. p.5.fol.48.a.a.  
 Clauis traditione intratur in possessionem. p.3.fol.104.b.b. & fol.173.a.\*.3.  
**C L A V S V L A** derogatoria cassans & irritans omne aliud testamentum, licet ponatur in secundo testamento inualido non rumpit primum validum. p.6.fol.8.b.a.  
 Clausula (indignationem Petri & Pauli se nouerint incurfuros) quid importet? p.3.fol.88.a.f.  
**C L E R I C V S** dicitur, quasi electus ad sortem Dei, qui debet esse sua sorte contentus. p.1.fol.52.b.\*.1.  
 Clericus etiam in sacris, si non habet beneficium, potest esse Tabellio. p.1.fol.64.a.n.  
 Clericus, si fideiubeat de iudicato soluendo, an possit iudex facere executionem in eius bonis. Ibid.f.  
 Clericus qui successit laico pro contractibus laici, debet conueniri coram iudice seculari. p.1.fol.88.b.c.  
 Clericus, cui (inuento cum vxore alterius) genitalia amputata sunt, celebrare non potest: nec etiam si ipsos, gerat in bursa puluerizatos: vt volunt rustici. p.1.fol.68.b.f.  
 Clericus qui sciens ordines recepit ab eo qui dignitati & Episcopatu renuntiauit, non ministrabit in susceptis. p.1.fol.57.b.\*.2.  
 Clericus an possit incarcerari pro debito laici. p.1.fol.58.a.d. & c.  
 Clericus qui ob castitatem sibi virilia amputauit, punitur, vt homicida sui ipsius, nec celebrare poterit. p.1.fol.58.b.g.  
 Clerici adulteri poena. p.1.fol.63.b.c.  
 Clericus publicè notorius & fornicator, seu concubinarius, est ipso facto suspensus sine monitione: nec ab eo licet audire diuina. Ibid.c.  
 Clericus vel monachus, licet non sit in potestate patris, non desinit esse suus hæres. p.6.fol.20.a.b.  
 Clericus quibus de causis degradatur, & puniatur per iudicem secularem. p.1.fol.69.b.\*.1.  
 Clericus si renuntiauit suo beneficio fructibus iam maturis, an debeant diuidi pro rata. p.4.fol.36.b.i.  
 Clericus superfluos fructus habens, potest cogi ad conferendum illos pauperibus, non solùm ex officio iudicis: verùm etiam conditione ex canone. p.1.fol.45.a.col.1.circa finem.  
 Clericus si aliquid attentauit pendente quæstione in foro seculari, an causa sit per iudicem secularem retinenda. p.2.fol.37.b.col.2.in prin.  
 Clericus in sacris ordinibus constitutus, matrimonium contrahere non potest. p.4.fol.11.a.\*.1.  
 Clericus peliparius potest conueniri sub Camerlingo ratione artis. p.5.fol.37.b.e. & p.1.fol.65.b.e.in fine.  
 Clericus constitutus in ordine sacro in temporalibus est sub patria potestate, modò nò sit Episcopus. p.4.fol.43.a.a.col.1.in prin. & 51.a.a.  
 Clericus non potest ditare cognatos, & consanguineos, nisi vt pauperes & donatio iudicabitur moderata. p.1.fol.45.a.col.2.in fine.  
 Clericus secularis petita licentia prælato, licet non obtenta potest ab Ecclesia seculari transire ad regularem. p.1.fol.73.b.\*.1.  
 Clericis de concubinato infamatis debet Episcopus purgationem indicere. p.1.fol.64.a.\*.1.  
 Clerici excusari non possunt à constructione & refectione pontium & viarum, & si contribuere recusant, sunt per prælatos cogendi. p.1.fol.67.b.\*.1.  
 Clerici habentes curam animarum tenentur scire articulos fidei explicitè. p.1.fol.14.b.col.2.in prin.  
 Clerici quando teneantur ad bellum. p.2.fol.65.b.k. & 66.a.f.  
 Clerici non faciunt liberè fructus suos, atq; hoc dicere est hæreticum: secundum Archidiacono. p.1.fol.44.a.n.per totum.  
 Clerici magis ad eleemosynam tenentur, quàm laici. p.1.fol.45.a.d.  
 Clerici qualiter pnt cogi ad suscipiendos ordines. p.1.fol.69.a.\*.1. & 2.  
 Clerici in sacris constituti, qui matrimonium contrahunt, quali poena debeant puniri. p.1.fol.63.a.\*.1.  
 Clerici à quibus officijs & muneribus debeant abstinere. p.1.fol.64.a.\*.2.  
 Clerici mercantiam exercentes tenentur ad vectigalia, gabellam. p.1.fol.65.b.c.



## Septem partitarum

Clerici qñ possunt per laicos iudices capi & torqueri. partita. i. fo. 49. a. l.  
 Clerici quibus priuilegijs gaudeant. p. i. fo. 65. b. \* 2.  
 Clerici pro rebus quas vendunt sine negotiatione non debent soluere gabellam. ibidem. g.  
 Clerici dicuntur de populo in materia fauorabili & priuilegiata: non autem in odiosa. p. i. fo. 12. a. col. 2. e.  
 Clerici quibus rebus debeant vacare & a quib⁹ abstinere. p. i. fo. 61. a. \* 1.  
 Clerici quando sunt beneficiati tenentur ad horas canonicas, item & in sacris constituti & quando excusentur. ibidem. b. & c.  
 Clericus beneficiatus de licentia sui episcopi potest ad aliud beneficium conuolare in eadem diocesi. p. i. fo. 61. b. \* 1.  
 Clerici an teneantur papæ ad decimam, si propter incursum hostium fructus beneficiorum colligere non potuerunt. p. 5. f. 45. b. b.  
 Clerici quas secum mulieres domi alere possunt. p. i. fo. 61. b. \* 3.  
 Clerici occidentales & orientales in quibus discordent & in quibus conueniunt. p. i. fo. 62. b. \* 1. & 2.  
 Clericorum res non possunt capi pro repræsalijs. p. i. fo. 66. a. b.  
 Clerici nō tenentur ad munera personalia sed ad patrimonialia sic. ibi. d.  
 Clerici qñ teneantur ad murorum custodiam. p. i. fo. 66. b. \* 1. & d.  
 Clerici an possint dispensari vt in iusto bello manu propria pugnēt. ibi. f.  
 Clerici voluptuose consumentes fructus beneficiorum an teneantur ad restitutionem. p. 3. fol. 158. a. a.  
 Clerici non debent exercere mercatoris officium quia vix sine peccato exercetur. Possunt tamē scripturas & alia honesta operari. quibus vitium habeat. p. i. fo. 64. b. \* 1. & c.  
 Clerici cui generi venationis operam dare possunt. ibi. \* 2.  
 Clerici non debent causas tractare, nisi habeant temporalem iurisdictionem, vel ex regis commissione. ibid. \* 3.  
 Clerici non debent interesse tauricinijs ludis duellis, nec executionib⁹ damnatorum. p. i. fo. 49. b. b.  
 Clerici quod ius & dominium habeant in his quæ sibi acquirunt. etiam intuitu ecclesiæ. p. i. fo. 67. a. \* 1.  
 Clerici & monachi ex dispensatione papæ possunt testari de acquisitis ex redditibus suorum beneficiorum. p. i. fo. 67. a. c.  
 Hodie tamen indistincte sine dispensatione ex consuetudine testantur, sed an talis consuetudo sit bona & licita variæ sunt opiniones, ibidē.  
 Clerici pro decimis, primitijs, oblationibus terris vel alijs in ædificatione oblatis nulla onera tenentur subire. p. i. fo. 67. b. \* 2.  
 Clericorum priuilegia circa causas spirituales & temporales. p. i. fol. 68. a. \* 1. & 2. & q.  
 Clerici in bonis feudalibus coram quo debeant conueniri. ibidem. q.  
 Clerici in causa reconuentionis coram quo iudice debeant respondere. p. i. fol. 68. b. b. & c.  
 Clypeus legis est ratio naturalis. p. i. fol. 7. a. col. 1. in principio.  
**COGITATIO** à cogendo nomen accepit: nam tria sunt quæ cogitationem faciunt. p. 2. fo. 84. b. g.  
 Cogitatio est imaginatio præsentium, præteritorum & futurorum. p. 2. fo. 9. b. \* 1.  
 Cogitatio importat quandam inquisitionem. ibid. b.  
 Cogitatio vnde procedat. ibid. \* 2.  
**COGNATIO** spiritualis an possit contrahi per procuratorem. p. 4. fol. 19. a. i.  
 Cognatio spiritualis quid sit. ibidem.  
 Cognatio spiritualis est duplex. ibi. b. \* 1.  
 Cognatio spiritualis an transmittatur in concubinam, sicut in legitimam uxorem. ibid. g. per totā. col.  
 Cognatio spiritualis contrahitur per confirmationem episcopi, sicut per baptismum. ibid. \* 2.  
 Cognatio spiritualis non potest contrahi inter iudæos, inter Christianū tamen & iudæum cōpaternitas rectē contrahitur. p. 4. fo. 19. a. i. in fine.  
 In cognatione spirituali nō sunt grad⁹ sicut in affinitate. p. 4. fo. 20. a. \* 3.  
**COITVS** vxoris an possit polluere ecclesiam. p. i. fo. 100. a. c.  
 Coitus alius quā vxorius est contra naturam. p. 4. fo. 40. a. \* 1.  
 Coitus meretricius, porcorū est: & quæ mala secum afferat. p. 2. fol. 12. a. i.  
 Coitus vxorius, non ex concupiscentia carnis est actus charitatis & iustitiae. p. 4. fo. 9. b. c.  
 Coitus vxorati cum ancilla sua an sit punibilis. p. 4. fo. 41. a. d.  
 Coeundi impotentia ex maleficio proueniente iudex debet mādare cōiugibus, cum iuramento præstito, vt per triennium, iuxta posse commixtioni operam, dent. p. 4. fol. 22. a. \* 1.  
 Coeundi impotentia vnde procedat. p. 4. fo. 21. a. \* 2.  
 Coeundi impotentia in fœminis nunquā impedit matrimonium. ibi. b. c.  
 Si tamen vuluam habeant ita strictam vel adeo latam, quod nō possint cognosci à viro rectē dirimitur matrimonium. ibid. e.  
 Potest tamen mulier ad aperienda claustra pudoris, vt medicinalibus instrumentis. ibid. f.  
 Sed quid si à diuortio factō ob arctionem vuluæ à secundo viro cognoscatur, an reddenda erit primo marito? dic quod inspiciendum est vtriusq; viri membrum. ibid. \* 2.

**COLLATIO** beneficij, vide in parte beneficia.  
 Collatio beneficij non debet fieri ignoto. p. 2. fo. 55. b. c.  
**COLLECTORES** iurium regularium plus debito extorquentes de vi armata tenentur. p. 7. fo. 36. a. \* 3.  
**COLLEGIA** nulla fieri possunt inconsulto principe. p. 6. fo. 14. a. b.  
**COLONVS** partarius in quo differt ab eo, qui suis nummis colit fundum. p. 7. fo. 50. a. i. k.  
 Colonus frumentum & alios fructus potius vendere debet domino fundi, quā extraneo. p. 5. fo. 30. a. h.  
 Vnde iuste, omnes facientes sal in salinis proprijs tenentur illud vendere fisco, & non alijs. ibidem.  
 Colonus partarius ante diuisionem fructuum, non habet conditionē furtiuā ad fruct⁹ collectos à fure, Angel⁹ tñ voluit cōtra. p. 7. fo. 50. a. l.  
**COMMENDATORES** & milites sancti Iacobi de spata & alij ordinum de Calatraua & Alcantara non gaudent priuilegio fori, saltem in criminibus: ex quo omnes ducūt vxores. p. i. fol. 70. b. h. p. totū  
 Item an excusentur a gabellis & contributionibus & de eorum vita, institutis, & priuilegijs. ibid. fo. 71. a. per integras duas columnas.  
**COMENTARIENSIS** maior carceris quolibet mense debet venire coram iudice, & ei relationem facere de numero captiuorū & eorum nominibus, & de tēpore quo quilibet fuit capt⁹. p. 7. fo. 85. b. \* 2.  
**COMES** quis dicatur. p. 2. fo. 7. a. col. 1. \* 1.  
 Comitum nomen vnde defluerit. p. 2. fol. 4. g.  
 Comites palatini abusiue dicuntur comites. p. 2. fo. 7. a. i.  
 Comites qui dicantur & quod sit eorum officium. p. 2. fol. 91. b. \* 1.  
**COMMODATVM** non potest retineri pretextu debiti nisi pro necessarijs expensis in commodato factis. p. 5. fo. 7. a. \* 1.  
 Commodatum quomodo distinguatur à precario. ibid. c.  
 Commodatum si sit furto ablatum eliget dominus an contra furem vel commodatarium agat. p. 7. fo. 49. b. \* 2.  
 Quid autem si egit contra commodatarium, credens eum esse soluendo & non erat nunquid potest redire ad furem. ibid. k.  
 Commodatum est illud quod gratuite alicui ad certum tempus vtendi datur, & dicitur quasi commodum recipientis datum. p. 5. fol. 5. \* 2.  
 Commodatum quibus modis contrahitur. ibid. \* 3.  
 Commodans tenetur de damno commodatario illato per seruum furē commodatum. p. 5. fo. 6. b. \* 2.  
 Commodatarius si nō pōt vt re cōmodata poterit reuocari commodatū. p. 5. fol. 7. a. d.  
 Commodatarius nō tenetur de casu fortuito. p. 5. fo. 5. b. c. & \* 1.  
 Commodatarius gratia vtriusq; tenetur de culpa etiā leui. ibidem. e.  
 Commodatarius liber est a re quando eam tradidit perferendam seruo legali, qui aufugit. p. 5. fo. 6. a. \* 1. & h.  
 Videtur tamen imputandum ei qui malum nuntium misit. ibid. l.  
 Commodatarius tenetur ad expēsas rei legate quādiu eā tenet. p. 5. f. 6. b. \* 3.  
 Commodatarius si perdit rem cōmodatam & soluat æstimationē cōmodanti si postea eā reperiat, pōt, vel rē retinere vel p̄ciū recipere. ibi. \* 4.  
**COMMVNIO** solet excitare discordiam. p. 6. fol. 98. b. c.  
 Communia quædam sunt omnibus animalibus, quædam solis hominibus, quædam vniuersitatis singulorum. p. 3. fo. 155. b. \* 2.  
 Communia omnibus animalibus quæ sint. ibid. \* 3.  
 Communia vniuersitati quæ sint. p. 3. fo. 156. b. \* 3.  
 Communia vniuersitatis præscribi non possunt. p. 3. fol. 165. b. \* 1.  
 Cōmunis res si vendatur potius debet vendi omnibus confortibus: quā vni, ne sit alijs molestus. p. 5. fo. 31. b. a.  
 Communitatum tempore, qui regē in Hispanijs diffamarunt, meruerūt pœnam mortis. p. 2. fol. 35. a. f.  
**COMPARENTE S** ad accusandum non possunt esse testes in causa in qua vnus eorum fuit electus. p. 4. folio. 25. b. col. prima. e.  
 Compensatio potest fieri inter socios eius quod ex vtriusq; negligentia deterioratum est. p. 5. fo. 103. b. \* 1.  
 Compensatio habetur loco solutionis. p. 5. fo. 103. a. a.  
 Compensatio quibus modis opponatur. p. 5. fo. 103. a. c.  
 Compensatio compensationis non admittitur. ibidem.  
 Compensationem non potest opponere filius defendens in iudicio patrem, nisi det fideiussorem de rato. p. 5. fo. 14. a. \* 1.  
 Compensari non potest debitum regis pro muris, pontibus, galeis &c. cum alio debito. p. 5. fo. 104. a. \* 2.  
 Compensationem non potest opponere condemnatus propter delictū vim, vel aliud facinus, vt aliquid, soluat res. partita. 5. folio. 104. a. \* 3.  
 Compensare possunt socij adinuicem damna doli vnus cum dolo alterius. p. 5. fo. 103. b. \* 2.  
 Compensatio in quibus rebus possit fieri. part. 5. folio. 103. a. \* 2. h. & i.  
**COMPOSITIO** aliquorum regis priuilegio firmata perditur eo ipso quod cōponentes fecerint contra eam. p. 3. fo. 97. a. \* 1.  
**COMPROMISSVM** factum in aliquem vt iudicet secundum iustitiam & veritatem, iudicare debet secundum legem fori nō secundum legem poli. p. 2. fo. 11. a. a.



# Index materiarum

- COMPROMISSO** in est conditio si dolus non sit commissus. part. 3. folio 26. a. g.  
Forma compromissi. ibidem. l.  
Compromitti an possit super crimine, quod non ingerit poenam sanguinis. videtur quod sic. par. 3. fol. 26. b. a.  
Sed hoc procedat quando poena esset applicanda parti: secus si fisco. ibidem.  
Compromittere quæ personæ non possunt. partit. 3. folio. 27. a. \* 1. & g.  
Compromitti super quibus rebus possit. parti. 3. fol. 26. b. \* 1.  
In compromissis super rebus ciuitatum, an requiratur licentia regis? Barto. dicit quod sic. p. 3. fol. 26. b. e.  
Compromissum quibus casibus expirat. p. 3. fol. 28. b. \* 1.  
Compromissum in arbitros de elegendo tertio an valeat. partita. 3. folio 28. a. b. per totum.  
Si in compromisso certum tempus apponatur iuxta quod pronuntietur, non possunt eo elapso arbitri iudicare, nisi partes prorogent ibidem. \* 1.  
Sed quod tempus possit prorogari? ibidem. e.  
Compromissum sicut ex pacto transit ad hæredem an sic possit transire ad hæredem arbitri. partit. 3. folio. 28. b. g.  
**CONCILIUM** qualiter debeat conuocari. partita. 2. folio. 50. a. k.  
Concilium quid sit. partita. 2. fol. 61. b. d.  
**CONCVBINA** quæ dicatur. partita. 4. folio. 40. b. \* 2.  
Concubina & vxor parum differunt nisi in honore. part. 4. folio. 40. b. f.  
Vnde vassallus priuatur feudo si cognouerit concubinam domini sui. ibidem.  
Concubinam quilibet potest habere de iure ciuili modo non sit vxoratus vel ordinatus. partita. 4. folio. 41. a. \* 1.  
Nam in clericis concubinatus est omnino reprobatus. ibidem. e.  
Concubinæ illustrium virorum quæ mulieres esse non possint. partita 4. folio. 41. b. \* 1.  
Concubinatus hodie est reprobatus per. II. regni. partita. 4. fol. 40. b. g.  
Concubinatus an possit interuenire cum virgine. partit. 4. folio. 41. a. h.  
Concubinatus vt sit licitus de iure ciuili quot requirantur. partita. 4. folio. 41. a. t.  
Concupiscentia carnis etiam inter coniuges est peccatum. partita. 4. folio. 9. b. \* 1.  
**CONDERE** iura parum est, nisi sint, qui ea exequantur. partita. 1. folio. 8. b. col. 1. c.  
Conditor legis solus potest dubium declarare. parti. 1. folio. 8. a. col. 2. \* 1.  
**CONDICTIO** furtiua quando habeat locum. parti. 7. fol. 53. b. \* 1.  
Conditio furtiua datur etiam vltra id quod ad eum peruenit. partita. 7. fol. 13. a. e.  
**CONDITIO** ea honesta est, si Christianus contrahat cum infideli, sub conditione, si ad fidem conuertatur. part. 4. fol. 14. b. \* 1.  
Conditio quot modis dicatur. par. 4. fol. 13. b. \* 1.  
Conditio impossibilis vitiat contractum. p. 5. fol. 66. a. d.  
Si verò negatiuè ponatur, rectè obligat. ibid.  
Conditio turpis vel impossibilis natura. habetur pro nulla, si sit adiecta in contractu matrimonij. par. 4. fol. 14. b. \* 3.  
Conditionis natura est suspendere actum. p. 4. fol. 13. b. c.  
Conditiones inhonestæ & turpes impediunt contractum matrimonij. par. 4. fol. 14. b. \* 2.  
Item de ceteris conditionibus apposis in contractu matrimonij, ibid. & fol. seq. a. per totam. 1. col.  
Conditio quid sit & quotuplex. par. 6. fol. 21. a. \* 3.  
Conditio illa propriè dicitur, quæ suspendit & potest se habere ad esse & ad non esse. p. 6. fol. 23. a. c.  
Conditio apposita per verba futuri temporis, si iam extabat tempore testamenti, institutio pura censetur, par. 7. fol. 21. b. m.  
Conditio impossibilis de natura vitiatur & non vitiat institutionem, vel legatum. par. 6. fol. 21. b. \* 2. & fol. 22. a. \* 1.  
Sed quid si conditio impossibilis apponatur in persona grauati, an tunc conditio reijciatur & institutio remaneat pura? Azo dicit quod non reijcitur: imò vitiatur relictum à grauato. Ibid. o.  
Conditio impossibilis ratione perplexitatis vitiat. part. 6. folio. 22. a. \* 2.  
Conditio quædo est casualis non potest sub ea hæres institutus ante ei<sup>9</sup> implementum quærere hæreditatem. par. 6. fol. 23. a. \* 1.  
Conditio mixta, quæ partim est in potestate hominis & partim in viribus fortunæ, suspendit hæreditatis aditionem donec impleatur. ibidem. \* 2.  
Conditio nulla debet apponi in legitima filiorum. partita. 6. fo. 24. b. \* 1.  
Sed an hoc procedat in eo ad quem filius transmisit ius ad eundem? videtur quod non. ibidem. e.  
Conditio potestatiua in dando vel faciendo consistens est adimplenda antequam soluat relictum. par. 6. fol. 22. b. \* 1.  
Conditiones potestatiuæ quæ dicantur. ibidem. g. h. i.  
Conditio dandi an possit impleri per alium, quædo illi cui fuit apposi-
- ta laborat in extremis. Bald. vult quod sic. ibidem. i.  
Conditio apposita alieno seruo non potest adimpleri nisi ipsius domino mandante. par. 6. fol. 26. b. \* 1.  
Conditio si concipiatur per verba futuri temporis sufficit, quod fuerit impleta testatore ignorante. p. 6. fol. 63. a. b.  
Conditio potestatiua an debeat impleri ex proposito in contractibus. par. 6. fol. 57. b. b.  
Conditio potestatiua si per casum in persona implente vel eius in quo debet impleri, deficiat, habetur pro impleta. par. 6. fol. 63. a. \* 1.  
Conditio potestatiua quantuncunque potestatiua sit reijcitur de legitima. par. 6. fol. 25. a. c.  
Conditio potestatiua hæredi vel legatario apposita, si casu non potest adimpleri habetur pro impleta, si autem est mixta non habetur pro impleta. par. 6. fol. 26. a. \* 1. & b. a. per totum.  
Conditio fideicommissi etiam si veniat post mortem grauati: tenentur hæredes grauati. par. 6. fol. 34. b. b.  
Conditio an transeat actiue in hæredes legatarij implere debentis. par. 6. fol. 63. b. b.  
Conditionem quæ dictiones importent. par. 6. fol. 63. a. a. col. 1. in princi.  
Conditionem quæ dictiones inducunt. par. 6. fol. 21. 6. k.  
Conditiones de præterito, vel de præsentis non suspendunt testatoris dispositionem: quia si veræ sunt pro non apposis habentur. partit. 6. fol. 21. b. \* 1.  
Conditiones improprie dicuntur quæ ad præsens tempus referuntur. par. 6. fol. 21. b. a.  
Conditiones tacite quæ sint, & in quibus casibus subintelligantur. par. 6. fol. 23. a. \* 3. & fol. seq. a. per duas colūnas.  
Conditiones impossibiles, vel quæ dependent ex voluntate principis habentur pro non scriptis. par. 6. fol. 60. b. d.  
Conditionibus pluribus hæredi apposis, omnes adimpleri debent alias inualidum erit testamentum. par. 6. fol. 25. b. \* 2.  
Intellige tamen quod conditiones tendant ad diuersa implementa. par. 6. fol. 26. a. 2.  
**CONDUCTOR** prædij rustici finito locationis tempore per tres dies vel plures tenens illud, videtur pro eo anno reconduxisse: tanto precio, sicut in precedenti. part. 5. fol. 45. a. \* 1.  
At in conductore Vrbanij prædij secus est. ibidem.  
Item in rebus mobilibus: imò committit furtum qui vtitur ampliori tempore. ibidem. d.  
Conductor vel colonus si malitiosè rem meam deserat non perdo possessionem. par. 3. fol. 174. b. \* 1. & c.  
Conductor quibus modis tacite prædium rusticum vel emphyteosin intelligatur reconduxisse. par. 5. fol. 45. a. g. per totam colū. & sequē.  
Conductor si impeditur vti re locata per dominum, dominus ei tenetur ad damna & interesse. par. 5. fol. 45. b. \* 1.  
Conductor si cesset in solutione pensionis an possit dominus claudere hostia domus locatæ propria auctoritate. par. 5. fol. 85. b. col. 1. in fin. gl. mag.  
Conductor vel depositario si res ablata sit per dominum restituitur cum damnis & interesse. par. 7. fol. 41. \* 1.  
Conductor ex quibus causis non teneatur ad solutionem rei locatæ. p. 5. fol. 46. a. \* 1.  
Quid autem si conduxit ad longum tempus an fiet remissio pro rata temporis. ibidem. h.  
Conductor tenetur colere prædia, & tali tempore, vt ipsa non deteriorentur. par. 5. fol. 41. a. \* 1.  
Conductor non tenetur de perditione vel deterioratione rei si casu accidit. par. 5. fol. 41. b. \* 1.  
Conductor dominus tenetur soluere meliorationis expensas, veluti... ui operis vel plantationis. par. 5. folio. 47. a. \* 1.  
An autem possit asportare res quas fecit meliorando domum. ibidem.  
**CONFESSIO** an expresse debeat fieri in quadagesima. parti. 1. folio. 24. b. e.  
Confessio an sit præcepti ecclesiæ. ibidem. c.  
Confessio qualis esse debeat. par. 1. folio. 21. b. colun. 2. b.  
Confessio non potest fieri per epistolam aut nuntium, nisi confitens sit mutus, aut non intelligens linguam. partit. 1. folio. 23. b. columna. 2. \* 1. & g. & h.  
Confessio mentalis facta Deo est de iure naturali, vocalis verò est de iure diuino nouæ legis. partita. 1. folio. 21. b. columna. 1. a.  
Confessor quid percunctari debeat à confitente. partita. 1. folio. 23. a. colun. 1. \* 1.  
Confessor quæ debeat attendere in interrogando poenitentem. partita. 1. folio. 23. a. col. 2. c.  
Confessor nõ debet respicere faciem mulieris confitentis: quia est vêtus vrens. ibidem. e.  
**CONFIRMATIO** non datur minoribus septennio. partita. 1. folio. 18. b. col. 1. c.



## Septem partitarum.

Confessio incerta, vel impossibilis de natura, vel de iure non nocet confitenti, p.3. fol.66. b. \*.1.

Confessio patris se debere filio in capaci, aliquid ultra quā capere possit, asserentis, præsumitur facta in fraudem legis. p.3. fol.68. a. \*.1.

Confessio facta calore iracundiæ non præiudicat, nisi detur perseverantia. p.3. fol.70. a. d.

Pro confessis habentur tacens, & obscurè respondens. p.3. fol.65. b. k.

Confessus maleficio extra iudicium non habetur pro confesso, licet contra eum sit in hac confessione suspicio. p.3. fol.67. a. \*.1.

Secus tamen est si fiat præsentate parte. ibid. c.

Confessus sponte regulariter non appellat, nisi velit docere de errore. p.3. fol.147. b. a. col.1. in principio.

Confessio est responsio per partem facta parti, quam quilibet maior. xxv. annis, & eius procurator facere potest. p.3. fol.65. a. \*.1.

Procurator tamen eam non potest facere nisi habeat speciale mandatum. ibidem. a.

Confessio erronea si nititur instrumento, an destructo instrumento, destruat confessionem. p.3. fol.66. a. k.

Confessio in iudicio facta præsentate adversario æquipollet probationi, & secundum eam est ferenda sententia. p.3. fol.65. a. \*.2. & f.

Sed an requiratur, quod fiat acceptante, vel instante parte, & petente? p.3. fol.65. b. a.

Confessio triplex est, iudicialis extraiudicialis, & facta per torturam. ibidem. \*.1.

Confessio, ut sit valida, quot requirantur. ibid. \*.2.

Confessio extraiudicialis facta præsentate parte, probat plenè, vel saltem releuat ab onere probandi. p.3. fol.66. a. f.

Confessio formidine tormentorum vulneris, vel infamiæ facta non valet: nisi spontanea sequatur perseverantia. p.3. fol.66. a. \*.1.

Confessio erronea etiam reuocari potest post sententiam cum ostensione probabilis erroris. ibid. l.

Confessor quæ diligenter obseruare debeat circa confessionem poenitentis. p.1. fol.22. a. \*.1.

Confessor an debeat interrogare, vel audire tantum. p.1. fol.23. a. col.2. in prin.

**C O N F I T E N S** se non posse à peccato desistere nullo modo est absoluendus. p.1. fol.23. a. a.

Ut quis confiteatur non debet expectare senectutem, aut infirmitatem. p.1. fol.25. b. \*.2.

Confiteri potius tenemur ex ecclesiæ vniuersalis traditione, quā ex noui vel veteris testamenti autoritate. p.1. fol.21. b. a.

Confiteri per interpretem an quis teneatur. p.1. fol.24. a. a.

Confiteri statim quando quis tenetur. p.1. fol.21. a. k.

Confiteri tenet quilibet suo presbytero parochiali. p.1. fol.20. a. \*.1.

Confiteri, ut quis possit alieno sacerdoti quot requirantur. p.1. fol.20. b. f. & fol.21. a. \*.1.

Confiteri nemo potest hæretico neque scismatico etiam tempore necessitatis. p.1. fol.21. a.

**C O N F U G I E N T E S** ad ecclesiam quomodo soleant asseruari, & defendi. p.1. fol.101. a. \*.1.

Confugiens ad ecclesiam ratione debiti non est inde extrahendus tamen intra fines representandus est iudici: ut possit defendere perse, vel per alium. ibid. b.

Confugiens ad ecclesiam, puniri non potest pena corporali, si postea exeat quādo talis immunitas procurata fuit ab ipsa ecclesia data cautione iuratoria. ibid. g.

Confugiens seruus ad ecclesiam domino restituetur, quod si eum restituere nolunt clerici, dominus impunè extrahet. ibid. b. \*.1.

Hoc tamen non procedit, quando fugiunt propter magnam atrocitatem domini. ibid. d.

Confugiens ad ecclesiam quæ personæ non recipiuntur. ibid. \*.2. & h.

**C O N I E C T V R A** honesta excludit inhonestam præsumptionem fauore prolis. p.2. fol.42. b. d.

**C O N Q V A E S T A** Regis Hispaniæ quæ hodie dicatur. p.2. folio. 64. b. a.

**C O N S A N G V I N E I** si contraxerunt matrimonium ante obtentam dispensationem, an filius natus dicatur legitimus. p.2. fol. 45. a. a.

Consanguinei præsumuntur melius seruituri, quam alij sed hodie contra fit. p.2. fol.20. b. e.

Consanguinei circa Regem delinquentes eiiciendi, & exterminandi sunt. p.2. fol.21. a. \*.1. & a.

Consanguinitas quid sit. p.4. fol.16. b. \*.1. & ibid. c.

Consanguinitatis linea quid sit. ibid. \*.2. & e.

Et ibi vide varias quæstiones circa testantium voluntates, & declarationem arboris. ibid. fol. sequenti.

**C O N S E N S V S** primogeniti consentientis ut secundus succedat in regno an valeat. p.2. fol.45. a.

Consensus matrimonij ex quibus indicij præsumit. p.4. fol.4. a. col.1. in principio.

**C O N S E C R A T I O** episcopi qualiter debeat fieri. p.1. fol.41. a. \*.1.

Consecratio Episcopi debet fieri in ecclesia quam consecrator elegerit. ibidem. i.

Consecratio ecclesiæ, vide in parte ecclesia.

**C O N S I L I A R I V S** optimus quis. p.4. fol.50. a. e.

Consiliarij reuelantes secretum Regis, qua poena puniuntur. p.2. folio. 22. b. h.

Consiliarij principis sedent ad latus: consiliarij verò Papæ ad pedes. p.2. folio. 23. a. a.

Consiliarij Regis quid primum consulere debeant. p.2. fol.37. b. d.

Consiliarij Regis debent conari ne quid Rex iubeat iniustum, unde nec tenentur literas regias subscribere, si continerent iniustitiam. p.2. fol. 41. b. e.

Consiliarij principum non possunt emere res subditorum. p.5. folio. 16. b. d.

Consiliarij Regis excusantur à tutelis iam susceptis. p.4. fol.50. a. f.

In consiliario eligendo quæ requiruntur. p.2. fol.22. b. \*.1.

Consilium non est perfectum sine prudentia, & beneuolentia. p.2. fol. 22. b. d.

Consilium est bonus intellectus super rebus dubijs adhibitus. p.3. folio. 130. a. \*.1.

**C O N S T I T V T I O N E S** loquentes de falcidia amittenda non sunt trahendæ ad trebellianicam. p.6. fol.39. b. a.

Constitutiones quomodo debeant intelligi, & interpretari. p.1. folio. 8. a. a.

**C O N S V E T V D O** mala si roboraretur temporis præscriptione cuius initij non est memoria vel saltem.30. annorum, tenebit. p.1. fol. 11. a. i.

Consuetudo quid sit. p.1. fol.13. a. \*.1.

Consuetudo non valeret per quam quis iudicaretur nobilis, vel ignobilis ex progenie materna. p.2. fol.71. b. a.

Consuetudo quinque modis introducitur. p.1. fol.11. a. \*.1.

Consuetudo in feudanti ut dicatur inducitur, quantum tempus requiritur. p.4. fol.66. a. col.1. in princ.

Consuetudo firmata in contradictorio iudicio de cætero seruabitur, neque recipietur libellus contra. p.1. fol.12. b. e.

Consuetudo dat iurisdictionem. p.2. fol.37. b. col.1. in prin.

Consuetudo habet vim decreti, & tenaciter obseruata habet vim iustitiæ. ibidem.

Consuetudo hodie quando non potest induci, nisi de consensu principis. p.1. fol.12. a. col.1. in prin. & 13. a. l.

Consuetudo ex quibus inducitur. p.1. fol.11. a. b. & c. & fol.12. b. a.

Consuetudo, quod vxor superuiuens lucretur partem bonorum mariti, non extenditur ad bona quæ sunt extra territorium. p.4. folio. 36. a. a.

Consuetudo loci vbi contraxerunt matrimonium coniuges, inspicitur, quo ad lucra matrimonialia, & non loci in quem postea diuerterunt. ibidem.

Consuetudo an requirat pluralitatem sententiarum ut inducatur. p.1. fol.12. b. c.

Consuetudo secundum Bald. etiam in propria causa dat iurisdictionem. p.5. fol.85. b. col.1. in prin.

Consuetudo an impediatur errore populi. p.1. fol.11. b. col.2. in prin.

Consuetudo inducitur ex vsu populi per tempus decem, vel viginti annorum, sciente domino, & non contradicente. p.1. fol.12. a. \*.1.

Consuetudo interpretatur leges. p.1. fol.8. a. d.

Consuetudo contra ius etiam posituum non tenet. p.1. fol.11. b. e.

Consuetudo communis patriæ ligat, & laicos, & clericos. p.1. fol.12. a. e.

Consuetudo non valet contra maioriā, vel ius regni, seu summam iurisdictionem. p.1. fol.13. a. c.

Consuetudo quæ dicatur rationalis, vel irrationalis relinquitur arbitrio iudicis. p.1. fol.11. a. i.

Consuetudo ut inducatur contra ius canonicum, requirit spatium quadraginta annorum. p.1. fol.12. a. g.

Ad simile consuetudinis recurrimus, ut per consuetudinem decidatur. p.1. fol.13. a. g.

Consuetudo mala an possit præscribi. p.1. fol.11. b. col.1. in prin.

Consuetudo quæ sciente principe introducta est ligat principem. p.1. folio. 9. a. col.1. in prin.

Consuetudo duplex est generalis, & specialis. p.1. fol.12. a. \*.1.

Consuetudo contra maioriā Regis, & regni, seu contra supremam iurisdictionem non valet. p.1. fol.13. a. c.

Consuetudo contra ius publicum aliquando valet. ibid. e.

Consuetudo admittitur vbi lex non disponit. ibid. \*.1.

Consuetudo est altera natura. p.7. fol.2. a. b.

Consuetudo admittitur vbi lex non disponit. p.1. fol.13. a. \*.1.

**C O N S V L T O R I S** optimi officium. p.2. fol.36. b. e.

**C O N T I N E N S** Regis qualis debeat esse. p.2. fol.12. b. \*.1.



# Index materiârum

- CONTRAHENTES**, & delinquentes ligantur legibus loci ubi contraxerunt, vel deliquerunt. p. 1. fo. 8. b. d.
- CONTRACTVS** censualis, in quo solum venditur ius percipiendi, licitus est secundum communem Doctorum opinionem in quacunque re fiat. p. 5. fol. 48. b. col. 1. in medio.
- Si verò redditus de nouo constituitur super fundo tempore venditiõis, dixerunt quidam talem contractum esse illicitum.
- Multi tamen omnino censent abstinendum ab huiusmodi contractu censuali inter quos & scripsit super ea re Didacus Piçarro tractatum non inutilem. ibid. fol. 49. b. col. 2. in principio.
- Contractus dotis est contractus de iure gentium. p. 4. fol. 28. b. k.
**Omne quod est** contra conscientiam præcepti ædificat ad gehennam. p. 1. fol. 21. a. k.

**Omnes tenentur** de occiso etsi vnus tantum vulnerasset. p. 2. fol. 51. b. f.

**Omnes tenentur** currere ad extinguendum ignem. ibid. i.

**Omnia noua** placent. p. 1. fol. 10. a. a.

**ONVS** probandi vsum vel cōsuetudinem, vel legem fori cui incum- bat. p. 1. fol. 13. a. q. per totum.

**OPEM** ferens maleficio qualiter puniatur. p. 7. fol. 52. b. g. per totū. & fol. sequen. a. a.

**OPERA** obsequiales in quo consistunt. p. 4. fol. 58. a. a.

**Operæ obsequiales** quæ consistunt in non faciendo de iure partitarum transeunt ad hæredes extraneos: de iure verò communi minimè tran- seunt. p. 4. fol. 57. b. k.

**Opus nouum** qualiter dicatur fieri, & quis illud possit nuntiare. par. 3. fol. 181. b. \* 2.

**Operis noui** nuntiatio vt teneat opus est, q̄ fiat his qui sunt in opere. p. 3. fol. 182. a. l.

**Opus nouum** si plures insimul faciant sufficit vni nuntiare: sed si loco plurium fiat, & vnus ex socijs nomine suo nuntiet, nō prodest alijs. ibidem. \* 1.

**Opus si fiat** in loco publico quilibet de populo potest nūtiare, nisi mu- lier aut pupillus. ibid. \* 2.

**Opus nuntiare** non potest reficienti canales vel fistulas, aut aqueductū licet cum præparatorijs præstet impedimentum. p. 3. fol. 183. a. \* 1.

**Operis nuntiationis** effectus est, quod siue iuste siue iniuste nuntiatum est non potest amplius opus fieri sine iudicis mandato. ibid. \* 2.

**In certis tamen casibus** fieri potest nuntiatio. ibid. h.

**Operis noui causa** qualiter sit terminanda. ibid. \* 3.

**Opus factum** ex quo damnū infertur prædio vicino, se vendat prædiū potest prohiberi per eum cui damnū infertur. partita tertia. folio. 184. b. \* 3.

**Opus factum** si intra 15. annos postquā est factum demolitur culpa ar- tificis cecidisse censetur. p. 3. fol. 185. b. \* 1.

**Operari ita** quis debet in re sua ne alteri damnū det: aliās illud opus per iudicem destruetur. ibid.

**Opus quid sit.** p. 2. fol. 11. b. \* 2.

**Opus triplicis generis** est, interius, exterius, & medium. ibid.

**OPTIONE** alicuius rei legata, non potest legatarius postquam se- mel elegit amplius variare. p. 6. fol. 65. a. \* 1.

**Optione serui** duobus legata, si discordent in electione mandet iudex forte dirimi. p. 6. fol. 65. b. \* 1.

**ORATIO** specialis an plus profit defunctis quam generalis. p. 1. fol. 104. b. i. per totum.

**Orator quis dicatur.** p. 2. fol. 59. a. d.

**ORDINES** succpturi cuius ætatis esse debeant. p. 1. fol. 59. a. \* 2.

**Ordines qui furtiuè** recipit qualiter puniatur. ibid. b. \* 1.

**Ordinibus succptis** priuatur qui in non succptis ministrat. ibi. \* 2.

**Ad sacros ordines** quales personæ promoueri non possunt. partita. 1. fo- lio. 55. b. \* 1.

**ORIGINES** erroneè posuit pœnam damnatorum non esse perpe- tuam, similiter nec gloriam beatorum. p. 1. fol. 14. b. a.

**Originale peccatum** quare animæ imputetur, cum illud contrahatur tantum ex carnis corruptione. p. 1. fol. 15. b. e.

**ORNAMENTA** Ecclesiæ non sunt ad humanos vsus conuertēda, & qualiter debeant tractari. p. 1. fol. 31. a. \* 1.

**Quare inde clerici** non possunt facere burfas, vel alia huiusmodi. ibi. f.

**ORPHANVM** qui pietate mot⁹ recipit, nihil ab eo petere potest: debet tamen ei orphanus reuerentiam omnibus diebus vitæ suæ. p. 5. fol. 82. a. \* 1.

**Orphanus quis dicatur,** & an requiratur, q̄ sit minor quatuordecim an- nis? p. 3. fol. 17. a. b.

**OSCVLA** & amplexus sunt præludia veneris. partita secunda. fo- lio. 42. b. a.

**Osculum est** pars adulterij. p. 2. fol. 42. b. a.

P.



**PACTVM** inter coniuges, vt mulier teneatur se & filios suos alere, an valeat. p. 4. fol. 29. a. b.

**Pactum de non petendo debitum** excedens sum- mam. 500. aureorum non exigit insinuationem secundum magis communem opinionem. par. 5. fol. 14. a. o.

**Pactum legis commissoriæ** in pignoribus repro- batur. p. 5. fol. 24. b. \* 1. & o. per totum.

**Pactum inter aduocatum & cliētulum** de quota litis est improbatum. p. 3. fol. 41. b. \* 1.

**Pactum legis commissoriæ** quid operetur in venditione. p. 5. fol. 24. a. c.

**Pactum illud valet,** vt si ante traditionem res deterioretur, periculū sit venditores. ibid. \* 1.

**Pactum nudum** producit obligationem efficacem ad agendum. par. 5. folio. 61. a. a.

**Per pactum renuntiari** non pòt præscriptioni. p. 3. fol. 165. a. f.

**Pactum de non petendo de iure antiquo** tollit ipso iure obligationem naturalem & ciuilem. p. 5. fol. 97. b. e.

**Pactum de cohabitando** certo loco valet contra id quod hñ in. l. Titio centum. la. 2. ff. de condi. & demonstra. p. 3. fol. 112. a. d.

**Pactum vt** quodocunq; vëditor pecuniam offeret rem recuperet quo tempore præscribatur. p. 5. fol. 25. a. a.

**Et ex hoc pacto** datur vtilis rei vendicatio venditori etiam contra secū- dum emptorem. ibid. g.

**Vel actio ad interesse** contra primum emptorem. ibid.

**Pactum inter procuratorem & dominum,** vt reddatur procuratori etiā damna, quæ sua culpa vel contumacia obuenerunt, secus si dolo, re- ctè valet. p. 3. fol. 38. a. m.

**Pactum manus iniectionis** propria autoritate, vt valeat tria requirun- tur. p. 5. fol. 26. b. l.

**Pactum appositum in contractu** matrimonij vt vir habitet in certo lo- co, an valeat. p. 4. fol. 15. b. l.

**Pactum vt re data** in dotem æstimata, periculum sit mulieris valet. p. 4. folio. 33. b. h.

**Pactum vt vxor** se ipsam alat, & maritus habeat dotem & eius fructus valet. p. 4. fol. 36. b. d.

**Per pactum fieri** non potest vt ædificium non cadat solo. partita. 3. fo- lio. 164. a. f.

**Pactum illud valet,** vt si infra præfixum terminum nō soluat talis res vel domus sit empta creditori. p. 5. fol. 24. b. n.

**Sed an possit fieri** tale pactum cum fideiussore? ibid.

**Pactum appositum de restituenda** re vendita, quodocunq; pretium reddatur seruandum. ibi. \* 2.

**Pactum appositum vt res vendita** certis personis non alienetur non va- let. p. 5. fol. 55. b. \* 1.

**Ex eo tamen peti potest** pœna vel interesse. ibid. a.

**Sed nec tale pactum** transit in hæredes. ibid.

**Pactum de lucranda dote** procedit etiam si alter coniugum ingreditur religionem. p. 4. fol. 35. b. b.

**Pactum de dote** debet seruari secundum locum vbi contractum est, nō vbi coniuges habitāt. ibid. \* & f. per totum.

**Per pactum nemo** se facere potest criminofum eius criminis, quod non commisit. p. 7. fol. 22. b. c.

**Pactum gratuitum** rectè potest fieri super crimine adulterij: transactio verò fieri non potest. p. 7. fol. 11. b. b.

**Per pactum non potest tolli** sanguinis, licet successionis bene pos- sit. p. 7. fol. 101. b. \* 8.

**Pactum gratuitū nec transactio** non tenet nisi inspectis & cognitis ver- bis testamenti vel codicillorum. p. 6. fol. 11. b. e.

**Per pactum non potest auferri** libera testamenti factio. p. 3. fol. 59. b. g.

**Pactum de non petendo** extenditur ad hæredes licet ab eis non fuit fa- cta mentio. p. 3. fo. 70. b. \* 1.

**Pacta apposita** contra leges vel bonos mores non valent. partita quin- ta. fol. 85. b. \* 1.

**PALATIVM** quid sit & vnde nomen habeat. p. 2. fol. 29. b. \* 1.

**In palatio** quomodo se gerere oporteat in dictis & factis. partita. 2. fo- lio. 29. b. \* 2.

**PALAM** aliquid fuisse dictum, quando dicatur. p. 2. fol. 34. b. b.

**Palam quod sit** grauius punitur quam quod clam. ibid.

**PAPA** per manus. S. Petri, cuius successor existit, quam potestatem acceperit à Christo. p. 1. fol. 33. a. l.

**Papa dicitur Apostolicus,** quia locum Petri Apostoli tenet. ibid. \* 2.



# Index materiaram

- Papa** aliquid attentans contra vniuersalem statum Ecclesie, non est sustinendus. p. 1. fol. 133. b. k.
- Papa** an habeat dominium omnium Ecclesiarum & rerum ipsarum. p. 1. fol. 34. a. q.
- Papam** esse quare fuit necessarium. p. 1. fol. 33. a. i. & k.
- Papa** an licite possit dispensare cum bigamo. p. 1. fol. 34. b. m.
- Papa** non potest nec debet contra ea quæ sunt à Deo statuta ire. p. 2. fol. 2. a. col. 2. in prin.
- Neq;** in his quæ essent contra generale statutum Ecclesie. ibid.
- Papa** quam potestatem habeat in imperatorem ac reges. ibidem. b. col. 2. i. & sequen.
- Papa** potest statuere & exercere iurisdictionem cõtra laicos ratione criminis commissi contra statum ecclesie. p. 4. fol. 55. b. a.
- Papa** idem est quod pater patrum, & quare ita dicatur. partita prima. fol. 33. b. \* 1.
- Papæ** nomen tempore antiquo commune fuit omnibus Episcopis. ibidem. h.
- Papa** maior est administratione. D. Paulo. p. 1. fol. 34. b. m.
- Papa** an possit Iudæis concedere licentiam fœnerandi Christianis. p. 5. folio. 79. b. a.
- Papa** non potest dispensare, ne quis confiteatur homini. p. 1. fol. 21. b. a.
- Papa** non potest totaliter priuare Ecclesiam imperatore. partita. 2. folio. 2. a. f.
- Papa** non potest priuare electores imperij. ibid.
- Papã** potuisse transferre imperium à Græcis in Germanos. Albericus dubitat. ibidem.
- Papa** in quibus casibus solus dispensat & non alius. p. 1. fol. 33. b. \* 2.
- Papa** solus potest quem liberare à voto. ibid. fol. 34. a. f. g.
- Papa** & Episcopus in quo differunt quantum ad dispensationem voti. ibidem.
- Papa** solus dispensat super defectu ætatis. ibid. m.
- Papa** potest tollere res vnius Ecclesie, & dare alteri etiam sine causa. ibidem. b. col. 1. in prin.
- Papæ** tamen non licet res Ecclesie prodigaliter alienare, vel ex illis dare suos consanguineos. ibid.
- Papa** concurrat cum omni prælato in potestate & iurisdictione. ibid. b.
- Papa** potest quolibet tempore quemlibet ordinem conferre. partita. 1. folio. 35. a. e.
- Papa** cum quibus personis non consuevit dispensare. ibid. \* 1.
- Papa** si volet potest dispensare cum homicida voluntario. ibid. q.
- Papa** non potest eligere sibi successorem: sed eius electio fit per cardinales. ibidem. \* 2.
- PARENTES** qualiter succedunt filiis morientibus intestatò. p. 6. folio. 90. b. \* 1. & d.
- Parentela** an possit probari per auditum. p. 4. fol. 27. a. col. 1. in prin.
- PARRICIDIUM** quali poena castigatur. p. 7. fol. 31. b. \* 1. & g.
- PARROCHIALIS** presbyter, qui, propter multitudinem populi non potest omnium confessiones audire, an possit alios sacerdotes aduocare, qui eum adiuuent. p. 1. fol. 20. b. col. 1. in prin.
- PARIETEM** ruinosum de quo domui vicini damnum imminet iudex debet facere demoliri habita prius informatione. p. 3. fol. 184. a. \* 2.
- PARTVS** ancillæ vel animalis vi arrepti, penes bonæ fidei possessorem conceptus & natus potest per eum vsucapi: nisi sciuerit ante conceptionem non esse vendentis. p. 3. fol. 166. a. \* 1.
- Si** tamen sit partus aditus apud bonæ fidei possessorem fit partus furtiuus, quoad vsucapionem. ibid. d.
- Partus** quando est geminus quis debet præferri in maioria. parti. 7. folio. 99. b. i.
- Partus** animalis rectè potest emi. p. 5. fol. 17. b. \* 3.
- Parrui** imminet periculum ex accessu viri ad vxorem tempore conceptionis. p. 2. fol. 68. b. f.
- PASTORIS** iuramentum non sufficit ad probandum mortuum pecus sine culpa sua. p. 5. fol. 43. a. p.
- Pastores** tenentur de deterioratione gregis, si culpa & negligentia non eligant aquas sanas & pascua commoda. p. 5. fol. 43. a. \* 1.
- PASCVA** dicuntur in quibus haberi potest vsus pascendi, & alius fructus non percipitur. p. 3. fol. 105. b. a. & p. 7. fol. 98. a. \* 2.
- Pascendi** ius qui habent in transitu pecorum, possunt per vnũ diem & noctem transeundo de vna strata ad aliam pascere. p. 3. fol. 91. b. b.
- PATRINVS** qui puerum leuat de sacro fonte assumit sibi officium Pædagogij. & ideo tenetur ad habendam curam de ipso. p. 1. fol. 17. b. a. & p. 4. fol. 20. a. c.
- Patrinus** in baptismo debet esse vnus & non plures. ibid. \* 1.
- PATRITIVS** quis dicatur. p. 4. fol. 50. a. \* 2.
- PARTITARVM** libri quàm corruptè antea legebantur, & quanto cum labore nunc emendati in lucem exierint. p. 1. fol. 9. b. m.
- PATER** si dissipat bona sua propria & libera, filij sui possunt petere sibi aliquid assignari, vnde viuere possint. p. 1. fol. 109. b. a.
- Pater** si dilapidat bona regni, an propterea filius possit insurgere aduersus patrem. p. 2. fol. 44. a. b.
- Pater** quando alienat bona subiecta restitutioni veluti bona maiorie vel feudalia, an filius hæres patris possit contrauenire & illa petere. p. 5. fol. 90. a. a.
- Pater** quauis sit sub aui potestate: tamen succedit filio ab intestat excluso auo paterno. p. 6. fol. 91. a. b.
- Pater** qui mortua vxore dotem eius retinet, an videatur adire hæreditatem nomine filiorum. p. 5. fol. 107. b. e.
- Pater** quos filios tenetur alere & quos non. p. 4. fol. 53. a. \* 1.
- Pater** qui religionem professus est non potest quem ex filiis meliorare in tertio bonorum, quia grauaretur monasteriũ. p. 6. fol. 7. b. b.
- Patris** familias appellatione intelligitur Dominus domus. partita. 7. folio. 97. b. \* 1.
- Pater** an teneatur alere filium qui consumpsit partem suam prodigaliter. p. 4. fol. 52. a. g.
- Pater** non tenetur ad poenam pecuniariam in qua filius condemnatur pro delicto etiam respectu legitime. p. 4. fol. 52. a. m.
- Pater** si commisit crimen læsæ maiestatis, filius non perdit beneficia. p. 2. fol. 22. d.
- Pater** debitor filie non debet filiam dotare. p. 4. fol. 29. b. k.
- Pater** tenetur filiam, quam habet in potestate in matrimonium dare & dotare. p. 4. fol. 31. b. \* 1.
- Pater** in quibus casibus non tenetur dotare filiam. ibid. b.
- Pater** dissipans fideicommissum cogitur illud restituere filio ante conditionis euentum. p. 2. fol. 44. a. b.
- Pater** adulteræ potest occidere adulteram & filiam in sua vel generi domo repertam, nec potest vno dimisso alium dimittere. partita. 7. folio. 69. a. \* 1.
- Pater** dotans filiam vltra congruentiam licet sit ipsa diues, de suo semper dotare præsumitur. p. 4. fol. 31. b. b.
- Pater** si instituat hæredes duos filios, & vni instituto alium substituat, & moriatur institutus necesse habet substitutus pupillariter omnia bona pupilli agnoscere: nec potest paterna adire, & alia repudiare. p. 6. folio. 3. o. a. \* 1.
- Pater** si vendit immobilia filij, datur recursus ad ea. p. 2. fol. 44. a. b.
- Pater** potest in testamento filios suos naturales legitimare dicendo se velle eos esse legitimos hæredes. p. 4. fol. 44. a. \* 1.
- Pater** famil. necessitate confectus potest filium vendere vel pignorare: mater verò non potest. p. 4. fol. 48. a. \* 2.
- Etiam** obsessus in castro comedere filium poterit. ibid.
- Non** tamen hoc procedet in filio presbytero. ibid. k.
- Et** venditum filium poterit recuperare offerendo pretium. ibid. b. \* 1.
- Pater** si promisit dare mihi vxorem ex filiabus suis in matrimonium possum eligere quam voluero. p. 4. fol. 6. b. \* 1.
- Et** si ante electionem cum vna earum coiero cum ea compellor contrahere. ibidem.
- Pater** in quibus casibus non habet vsufructum in bonis filij. p. 4. fol. 47. b. b. per totum.
- Pater** si filium exposuit, non potest eum ab alimentante repetere. p. 4. fol. 54. \* 2.
- Pater** potest filium ab alio detentum vel vagantem iudicialiter reducere ad suam potestatem. p. 4. fol. 48. b. \* 2.
- Pater** non potest à filio iudicialiter conueniri, nisi causa castrensis peculiarij. ibidem. \* 3.
- Pater** plures habens filios si dicat quod facit maioriã de bonis suis in filium suum intelligitur de maiori. p. 2. fol. 44. a. d.
- Pater** si est rebellis patriæ licite aduersus eum insurgit filius. partita. 2. fol. 59. a. a.
- Pater** potest comedere filium propter necessitatem. ibid. b.
- Pater** non potest donare vel legare plusq; quintam siue in vita siue in morte. p. 5. fol. 13. a. h.
- Pater** prohibitus non donare vltra quintam an intelligatur etiã id non posse de fructibus q's percipit in vita sua de bonis proprijs. b. ibid.
- Pater** si plures donationes faciat minutas, an illæ debeant non computari in quinta debet, nisi simul iunctæ magnæ donationi æquiualeat. ibid.
- Pater** si dilapidet bona an filij possint peteri vt sibi assignentur possessio pro alimentis. ibid. a.
- Pater** si multa perdidit in ludo an possint filij reuocare vsq; ad legitimã. ibid.
- Pater** si legat spurio cū capere potuerit nõ valet legatũ: ex q' prohibet testator vitio suo & non alieno testari. p. 6. fol. 19. b. col. 1. in prin.
- Pater** an possit excludere filium ab hæreditate sibi delata, repudiando, vel nolendo eam adire. p. 6. fol. 41. a. h.
- Sed** quid in filio recusante adire hæreditatem sibi delatam, an similiter pater poterit excludi. ibid. i.
- Pater** potest filio naturali, vel extraneo patrem non habenti, dare in testamento tutorem, qui eum & bona in quibus eum instituit administrat. p. 6. fol. 104. b. \* 2.



# Septem partitarum.

**PATIENTIA** sola non arguit consensum. p. 1. fo. 9. a. c.  
**Patientia** quid sit, & qualis debeat esse. p. 2. fo. 13. b. f.  
**PATRIA** potestas est diuino nexu copulata. p. 4. fo. 16. b. i.  
**Patria** potestas est ius quod habet vir in liberos suos. ibid. \*. 3.  
**Patria** potestas quomodo constituitur. p. 4. fo. 47. a. \*. 3.  
**Patria** potestas quibus modis dissoluitur. p. 4. fo. 49. a. \*. 1. & 2.  
**Patria** potestate liberantur filij si pater contrahit incæstas nuptias. p. 4. folio. 50. a. \*. 1.  
**Patriæ** potestatis & emancipationis differentia hodie sublata est in successione ab intestato. p. 6. fo. 20. a. b.  
**Patria** sua cuique dulcissima est. p. 2. fo. 68. a. g. & p. 4. fo. 60. a. c.  
**Patriæ** plus nascimur quam patri. l. i. §. & generaliter. ff. de vent. in pos. mitt. p. 2. fol. 68. a. f.  
**PATRIMONIUM** Regis triplex est. p. 2. fo. 53. b. b.  
**PATRIARCHA** extra patriarchatū qd potest facere. p. 1. fol. 37. b. \*. 1.  
**Patriarcha** ibi debet constitui, vbi aliqua gens ad fidem conuertitur, vt nuper à papa constitutus fuit Patriarcha Indiarum Maris Oceani. p. 1. fo. 37. a. b.  
**Patriarcha** quis quis dicatur. p. 1. fo. 35. b. \*. 2.  
**Patriarchæ** proximi sedere debent papæ & præferuntur cardinalibus, excepto cardinali Hostiensi qui præfertur patriarchæ. p. 1. fo. 35. a. k.  
**Patriarcha** quam potestatem habeat in Archiepiscopos, & Episcopos. & c. ibid. fo. 36. a. \*. 1. & per totam paginam.  
**Patriarchæ** concilium qualiter, & quando conuocare possunt. ibid. k. per totum.  
**Patriarchæ** munus & potestas. p. 1. fo. 37. a. \*. 1.  
**Patriarchales** sedes antiquæ sunt quatuor Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, Hierosolimitana sunt & aliæ duæ additæ, Aquilensis & Grandensis. p. 1. fo. 136. b. \*. 2.  
**Patriarchales** quatuor sedes designant quatuor Euangelistas. ibidem fol. 37. a. a.  
**PATRONVS** quibus modis perdit ius quod habet in libertum. p. 4. fo. 58. b. \*. 2. & fo. seq. a. a.  
**Patroni** quando variant in pari numero, vt quia vnus præsentat vnum alius alium, episcopus habet optionem instituti quem velit. p. prima fo. 118. b. c.  
**Patronos** plures habere an sit vtilius ecclesiæ quam vnū habere. ibid. d.  
**Patroni** quos clericos debent præsentare. ibid. \*. 1.  
**Patroni** ecclesiarum cathedralium quare dicantur Reges Hispaniæ. p. 1. fol. 39. a. c.  
**Patronus** dicitur quasi pater oneris. p. 1. fo. 113. b. \*. 1.  
**Patronus** vter erit, an ille qui capit ædificare ecclesiam & destitit, an vero qui eam in choatam perfecit. p. 1. fo. 114. a. c.  
**Patronus** non potest præsentare extraneum, si in dioecesi est idoneus. ibidem. b. c.  
**Patronus** ad præbendas canonicorum & aliorum citra prælatum habet præsentationem. ibid. d.  
**Patrono** quis honor debeat. ibid. i.  
**Patronus** quando possit vti rebus ecclesiæ. ibid. \*. 1. & k.  
**Patroni** consensus non requiritur necessario in alienatione rerum ecclesiæ. p. 1. fo. 115. a. a.  
**Patronus** non debet vsurpare decimas, & oblationes ecclesiæ. ibid. \*. 1.  
**Patronus** an priuetur iure præsentandi si præsentat indignum. p. prima folio. 115. b. c.  
**Patronus** laicus potest variare vno præsentato, alium præsentando: ita qd non variet in malum. ibid. \*. 1.  
**Sed** an possit dari aliqua cautela vt non possit variare. p. 1. fo. 116. a. a.  
**Patrono** licet permittatur variare, procedit accumulando non totaliter à prima præsentatione recedendo. ibid. b.  
**Patrono** clerico vel religioso quare non est permittitur variare in præsentatione clerici instituendi. ibid. \*. 1.  
**Patronus** non potest se ipsum præsentare. ibidem.  
**Patronus** si vnus sit clericus alter laicus an possunt variare. ibid. l.  
**Patroni** quando plures præsentant diuersos clericos in discordia instituetur à maiore præsentatus. p. 1. fo. 117. b. \*. 1.  
**Patronos** discordantes in præsentatione instituendi ad quod vsq; tempus teneatur expectare ipse episcopus. p. 1. fo. 118. a. \*. 1. & a.  
**Sed** an durante tempore ad præsentandum episcopus possit ponere oconomum? ibid.  
**Patrono** negligente vel mortuo sine hærede, ius prouidendi ad illum ad quem pertinebat institutio. p. 1. fo. 118. b. c.  
**Patroni** omni cura, & diligentia debent aduertere ne ecclesia damnum patiatur. p. 1. fo. 114. b. \*. 2.  
**Patronatus** ius est indiuisibile, & cuilibet ex patronis competit in solidum. p. 1. fo. 118. a. \*. 2.  
**Patronatus** ius in diuisione hæreditatis an possit per iudicem vni adiudicari. ibidem. f.  
**Patronatus** ius quibus modis acquiritur, & quod ius habeat patronus

in ecclesia. p. 1. fo. 113. b. \*. 1. & fo. seq. per totum.  
**Patronatus** ius (vt definit Gofredus) est authoritas, vel potestas proueniens ex beneficijs ante consecrationem ecclesiæ collatis. ibid. i.  
**Alias** diffinitiones vide. ibidem.  
**Patronatus** ius quibus modis transit de vna persona in aliam. p. folio. 116. b. \*. 1. & fo. 117. a. \*. 1.  
**In iure** patronatus successio fit in stirpes, & non in capita. ibid. e.  
**Sed** an hoc procedat in collateralibus, & bastardis? videt qd sic. ibi. & f.  
**In iure** patronatus succedunt tam masculi quam foeminae. ibid. g.  
**Sed** an valeat ordinatio à fundatore facta quod transeat tantum ad hæredes masculos? videtur qd sic. ibid.  
**Patronatus** ius non retinet filius, si renuntiat hæreditati paternæ. ibidem.  
**Patronus** potest donare ius suum compatrono sine cōsensu Episcopi. ibid. i. & k.  
**Patronatus** ius quando transeat in venditione alicuius rei. ibid. l.  
**Patronatus** ius transit in alium, locatione, pignore, missione in possessionem pendente lite. p. 1. fo. 117. a. d. e. i.  
**Patronatus** ius quibus de causis ecclesia tribuit laicis. p. prima. fol. 118. b. \*. 1. & b.  
**Ius** patronatus ecclesiasticum. ibid. a. col. 1. in princi.  
**PATROCINARI** & patrocinium vide in dictione aduocatus.  
**PAVLI** locus. 1. ad Corinth. cap. 3. de foeno ligno & stipula declaratur. p. 1. fo. 21. b. col. 2. in princ.  
**PAUPER** quis dicatur. p. 7. fo. 30. a. f. & p. 3. fol. 148. b. b.  
**Pauperibus** melius est dare quam ecclesiæ ceteris paribus: quia homo non est propter ecclesiam: sed ecclesia propter hominem. p. prima fol. 45. a. col. 2. in medio.  
**Pauperes** inueni in officio præsumuntur affectasse officium. p. 2. folio. 21. b. b.  
**Paupertas** prodest ad mansuetudinem. p. 2. fo. 18. a. d.  
**PAX** est discordiæ finis & est duplex, vna verbalis cum amplexu alia verbalis cum osculo. p. 7. fo. 45. a. \*. 2.  
**Pax** est contractus stricti iuris, sicut & transactio. p. 2. fo. 63. b. b.  
**Pacē** non rumpit qd in cōfinibus suis castrū ædificat, vlt fortificat. p. 2. f. 63. b. b.  
**Pacem** qui rumpit, si requisitus damna non emendet perdit castra posita sub fidelitate. ibid. c.  
**PAVONES** seu aliæ feræ quæ habent consuetudinē eundi, & redeūdi, tandiu in nostro dominio remanent quandiu illam consuetudinē non deserant, alias primo occupanti conceduntur. p. 3. fo. 159. b. \*. 2.  
**PECCATVM** adeo nullum est veniale, quod non fiat criminale dū placet. p. 1. fo. 21. b. col. 2. in prin.  
**Peccata** omnia accusantur in homine à timore, & cupiditate, vt ait diuus Augustinus. p. 7. fo. 2. a. a.  
**Peccata** venialia quibus ex causis non tenetur quis cōfiteri. p. 1. fo. 21. b. a.  
**Peccatorum** differentia, & quæ irregularitate inducunt & quæ non. p. 1. fo. 42. a. \*. 1. & ibi. e. per totum.  
**Peccatum** notorium duplicem inducit irregularitatem. ibid. b.  
**Peccatum** occultum dicitur quod probari non potest. p. 1. fo. 60. b. g.  
**Peccando** tripliciter erratur contra Deum meditando consentiendo, & faciendo. p. 1. fo. 21. a. \*. 1.  
**PEDAGIA** quare permittuntur principibus. p. 1. fo. 3. a. o.  
**Pedagia** qui exigunt à transeuntibus debent retinere itinera tuta: nam de robaria quæ in huiusmodi locis fit tenentur. p. 3. fo. 91. a. d.  
**PERSONAE** quæ excusantur à pœna iuris in delictis perpetratis. p. 1. fo. 10. a. \*. 1.  
**PECVLIVM** castræse dicitur solum in eo qd lucratus est illud in castris. p. 2. fo. 41. a. a.  
**Peculium** castrense quæ personæ hodie dicantur habere. p. 3. fol. 3. b. c.  
**Peculium** profectum quid sit. p. 6. fo. 99. b. c.  
**Peculium** profectum in quibus casibus non sit conferendum fratribus. ibidem.  
**Peculium** castrense nec quasi castrense aut aduentitiū tenetur frater cōferre. p. 6. fo. 100. b. \*. 1.  
**Sed** an libros teneatur conferre sibi à patre donatos causa studij. ibid. g.  
**Peculium** castrense quæ personæ propriæ dicantur habere. p. 4. fo. 48. a. f.  
**PECVNIA** commodata vt species, an possit retineri pro debito. p. 5. folio. 7. a. e.  
**Pecuniam** Regis qui recipit eam in certis locis expensurus, si eam conuertit in vtilitatem propriam, licet non committat furtum, vltra tñ restitutionem soluet in pœnam eius tertiam partē. p. 7. fo. 50. b. \*. 1.  
**PENVRIA** rerum magis ex negligentia, quam ex temporum malitia paouenit dicit casiodorus. p. 2. fo. 69. a. d.  
**PENSIONES** vacant per contractum masrimonij etiam si simpliciter nullo adiecto onere spirituali sunt cōstitutæ. p. 1. fo. 63. a. g. in fin.  
**PEREGRINORVM** qui moriuntur in itinere qualiter asseruari debeant, & quomodo de eis si disponendum. p. 6. fo. 11. a. \*. 1.  
**Peregrinus** quis proprie dicatur. p. 1. fo. 151. a. \*. 2.



# Index materiaram

- Peregrini liberam habent testandi facultatem. p. 6. fol. 10. b. \*. 3.  
 Et eorum testamenta tenebunt cum duobus testibus. ibid. i.  
 Peregrinorum causæ breuiter & summarie sunt terminandæ. p. 6. folio. 11. a. \*. 2.  
 Peregrini qualiter se in itinere gerere debent. p. 1. fo. 151. b. \*. 1.  
 Peregrini, & eorum res quibus priuilegijs gaudeant. ibid. \*. 2.  
**PERIVRS** non est rex, qui in damnum, vel detrimentum sui regni iurauerit, si iuramentum non seruet. p. 3. fo. 63. b. \*. 1.  
 De periurio voluntario, aut iudiciali iuramento solus Deus est vltor. p. 3. fo. 62. b. \*. 2.  
**PERMUTATIO** quid sit. p. 5. fol. 35. a. \*. 1. & p. 3. fol. 104. b. a.  
 Permutatio rescinditur cælato vitio rei. ibidem. b. \*. 2.  
 Permutatio an dicatur si permutatur nuda possessio cum nuda possessione. p. 3. fo. 104. b. a.  
 Permutatio non est si detur res incerta pro incerta. p. 5. fo. 35. a. c.  
 Ex permutatione oritur actio bonæ fidei. p. 5. fol. 35. b. 1.  
 Permutatio non est si nuda possessio cum nuda possessione permute- tur. p. 5. fo. 35. a. c. in fine.  
 In contractu permutationis non est licitum poenitere de iure Canonico. ibid. b. h.  
 Permutantes beneficia, si concluderent permutationem, non se referen- tes ad consensum episcopi incurrerent simoniam. p. 5. fo. 35. b. c.  
 Permutans cum stipulatione compellitur rem tradere: secus si nudo pacto. ibidem. \*. 1.  
 Permutare potest qui potest, & vendere. p. 5. fo. 35. a. \*. 2.  
**PERPLEXITAS** inimica est iuribus. p. 5. fo. 65. b. g.  
**PERICVLVM** rei æstimatæ donatæ in dotem quando pertineat ad vxorem. p. 4. fo. 34. a. \*. 1.  
 Periculum & lucrum rei venditæ pertinet ad emptorem etiam ante tra- ditionem rei. p. 5. fo. 20. a. \*. 1.  
 Periculum rerum quæ constant numero, pondere, vel mensura, perti- net ad venditorem ante numerationem ponderationem, vel mensu- rationem. ibidem. \*. 2.  
 Periculum vel commodum rerum datarum in dotem ad quæ spectet. p. 4. fo. 33. b. \*. 2.  
 Periculum rerum, quæ non constant pondere numero, vel mensura per- tinet ad emptorem, etiam ante traditionem. p. 5. fo. 21. a. \*. 1.  
 Periculum rei venditæ sub conditione, ea pendente pertinet ad empto- rem, nisi deterioratio totam rem absorbeat. ibid. \*. 2.  
**PERTINENTIARVM** appellatione veniunt omnia accesso- ria. p. 3. fo. 9. b. a.  
**PETERE** in iudicio, vide in dictione actor, & in dictione reus.  
 Petens rem immobilem quæ nã debet exprimere in libello. p. tertia. fo- lio. 9. a. \*. 2.  
 Petens hæreditatem quæ nam debeat in libello exprimere. ibid. b. \*. 1.  
 Petitio si excedat summam decem morapetitorum debet fieri in scri- ptis: si non excedat verbo potest fieri. p. 3. fo. 13. b. \*. 2.  
 Petitiones quando plures inciderint in vno eodẽq; processu quæ prius sint tractandæ & expediendæ. p. 3. fo. 52. b. \*. 1.  
**PHLEBOTOMATVS** qui fuerit decimo tertio february ab ini- tio mensis computando, non morietur illo anno ex febrili distem- perantia & hoc obseruabat Ioan. Andre. prout refert Antoni. p. pri- ma. folio. 75. a. i.  
**PIAE** causæ quos casus comprehendunt. p. 1. fo. 109. b. f. g. & h.  
 Pietatis commoda, & laus. p. 5. fo. 82. a. a.  
 Pietatis gratia aliquid esse datum quando præsumatur. p. 5. fo. 82. a. b.  
**PIGNVS** recte legari potest, & illud tenetur luere hæres, vt detur le- gatario. p. 6. fo. 60. a. \*. 1.  
 Idem est de rebus obligatis pro debito hæreditario. ibid. e.  
 Pignus si legatur à creditore debitori, non censetur legatum debitũ: sed ipsum pignus. p. 6. fo. 61. b. \*. 1.  
 Sed quid est contra si debitor rem pignoratam legat creditori? ibid. g.  
 Pignorando quis instrumentum emptionis vel donationis rei, intelli- gitur rem pignorare sicut si possessionem rei creditori tradidisset. p. 5. folio. 85. b. \*. 3.  
 Pignorare bis eandem rem nemo potest sine mandato, vel consensu pri- mi creditoris. p. 5. fo. 85. a. \*. 1.  
 Pignorare potest quicumque habet potestatem obligandi. p. quinta fo- lio. 84. b. \*. 2.  
 Poterit etiam si non sit dominus: sed tantum speret esse. ibid.  
 Pignorari non possunt animalia aratorio nec cætera ad culturam præ- dij. p. 5. fol. 84. a. \*. 1.  
 Pignorari non potest res aliena nisi domino mandante, vel præsentem. p. quinta fol. 85. a. \*. 1.  
 Pignorari possunt, res corporales, & incorporales, tam natæ, quàm nas- cituræ. p. 5. fol. 83. a. \*. 1.  
 Vnde colligitur quod iurisdictio, & ius patronatus, & ius pædagij, & quæcunq; iura incorporalia possunt pignori dari, & obligari. ibi. d.  
 Pignorari quæ res non possint. p. 15. fo. 83. b. \*. 1.  
 Pignus proprie est res, quam alij obligamus tradẽdo maximè si res mo- bilis: sed largo modo etiã immobilis potest dici pignus. p. 5. fo. 82. b. \*. 2.  
 Pignus est triplex conuentionale, iudiciale, & tacitum. ibid.  
 Pignus si vendat creditor fraudulenter minori pretio, petet ab eo debi- tor damna, & interesse. p. 5. fo. 97. a. \*. 1.  
 Sed quid si dolus tantum interuenit ex parte emptoris? tenebitur em- ptor ad subsidium. ibid. e.  
 Pignus iudiciale in causam iudicati non est obligatum, donec creditori tradatur: sed pignus conuentionale etiam citra traditionem sola con- uentione obligatur. p. 5. fo. 85. b. \*. 2.  
 Pignus quibus modis tacite contrahitur. p. 5. fo. 89. a. \*. 1.  
 Pignus prætorium non constituitur, nisi quis in possessionem mittat. p. 5. fo. 83. a. a.  
 Pignus constituitur traditione instrumenti. p. 5. fo. 86. a. col. 1. in prin.  
 Pignus per creditorem licite venditum si euincatur, non tenetur credi- tor: sed debitor de euictione: nisi creditor de ea se obliget. p. 5. fol. 97. a. \*. 2. & 1.  
 Pignori obligare reẽ domini qualiter possit procurator. p. 5. fol. 84. b. \*. 3.  
 Mobilia tamen quæ seruando seruari possunt non potest sine decreto iudicis. ibidem.  
 Pignoris obligatio contrahitur inter absentes, vel præsentem, per nuntiũ vel epistolam. p. 5. fo. 84. b. \*. 1.  
**PISCES** inuenti in lacu, vel fonte rei venditæ tempore venditionis sunt venditoris. p. 5. fo. 21. b. \*. 3.  
 Pisces quare vita funguntur in aquis. p. 1. fol. 79. a. a.  
**PLAGIUM** committit qui scienter hominem liberum, vel seruum alienum vendidit. p. 7. fo. 54. a. f.  
 Plagium & furtum in quo differunt. ibidem.  
**PLATO** dicebat beatas fore respublicas in quibus magistratus phi- losopharentur. p. 2. fol. 15. b. b.  
**POENA** est emendatio pecuniaria, aut corporalis delicti. p. 7. f. 91. b. \*. 1.  
 Poena in criminalibus quibus ex circumstantijs solet mitigari. p. 7. fo- lio. 93. b. c. f.  
 Poena criminalis est publice infligenda reo præconizante præcone, ge- nus maleficii commissi. p. 7. fo. 94. b. \*. 3.  
 Poena conuentionalis non debet excedere duplum, licet in hoc sit con- trouersia inter doctores. p. 3. fo. 106. b. g.  
 Poena perpetui carceris imponitur à iure canonico in his casibus, in qui- bus de iure ciuili poena mortis inditur. p. 7. fo. 92. b. k.  
 Poena qualis debeat imponi sacerdoti cocunti cum filia spiritali. p. 1. folio. 24. b. b.  
 Poenarũ sunt septẽ genera: quatuor maiora cetera leuia. p. 7. fo. 92. b. \*. 1.  
 Poena non recognoscentis dominium Regis. p. 2. fo. 37. a. a.  
 Poena an mitigetur propter timorem mortis. p. 2. fo. 57. a. h.  
 Poena indirecte ducit hominem ad virtutem. p. 3. fo. 2. b. h.  
 Poena non credentium quæ sit. p. 1. fo. 15. a. \*. 1.  
 Poena erutionis oculorum quo in delicto imponatur. p. 2. fo. 34. b. d.  
 Poena contra inobedientes mandatis Regis. p. 2. fo. 38. b. c.  
**POENITENS** an teneatur acceptare poenitentiam moderatam! à cerdote iniunctam. p. 1. fo. 23. a. a.  
 Poenitens publice non potest ad sacros ordines promoueri. p. 1. fo. 57. a. \*. 1.  
 Poenitens non dicitur qui peccandi animum non deponit. ibid.  
 Poenitentia locum habet in contractibus innominatis. p. 5. fo. 107. a. h.  
 Poenitentia, vt consulit Hostiens. semper est imponenda per contra- rium: vt superbo humilitas. & c. p. 1. fo. 151. a. h.  
 Poenitentia non admittitur in arbitramento. p. 3. fo. 29. b. a.  
 Poenitentia est imponenda secundum qualitatem ætatis. p. 1. fol. 22. a. f. & b. a.  
 Poenitentia recte admittitur ante litis contestationem. p. 3. fo. 15. b. f.  
 Poenitentia peregrinationis non est iniungenda seruo. p. 1. fo. 22. a. h.  
 Poenitentia est dolere de peccatis cũ pposito nõ redeũdi. p. 1. fol. 19. b. \*. 1. & f.  
 Poenitentia non est iniungenda infirmo. p. 1. fo. 22. a. g.  
 Poenitentia non debet iniungi seruis qua dominis suis reddantur inuti- les. p. 4. fol. 15. a. c.  
 Poenitentia in quibus casibus in delictis non excusat. p. 7. fo. 92. a. e.  
 Poenitentia solemnis pro quibus imponi debeat. p. 1. fo. 20. a. \*. 1. & b.  
 Poenitentia acrior est iniungenda literato, quam illiterato. p. 1. fo. 22. b. c.  
 Poenitentia triplex. p. 1. fo. 20. a. \*. 1.  
 Poenitentia publica quæ. ibidem. h.  
 Poenitentiam qualẽ cuique debeat iniungere debeat sacerdos. p. 1. fo. 22. b. i.  
 Poenitentia effectus quis. d. 1. fo. 23. b. c.  
 Poenitentia omnes hodie sunt arbitraria. p. 1. fo. 22. b. k.  
 Poenitentia falsæ quæ dicantur. ibidem.  
**POLLICETVR** quis sæpe numero, quod si sciret acceptum in nõ promitteret. p. 5. fo. 61. a. c.  
**PONDERIBVS** & mensuris falsis qui vtitur vendendo aut emen- do in poenã facti restituet damna duplicata. p. 7. fo. 27. b. \*. 1.  
 Pondera & mensuræ à natura trahere videntur originem. ibid. b.



# Septem partitarum.

**POPVLVS** non potest statuere contra leges communes regni. p. 1. fol. 7. b.

**Populus** nolens acquiescere legibus principis sui potest cogi per papā. p. 1. fol. 9. a. c.

**Populus** potest regem tyrannicē se gerentem destruere, vel refrēnare. p. 2. fo. 4. a. col. 2. in prin.

**Populus** qualiter debeat custodire venientes in curiam regis. p. 2. folio. 51. a. \* 2.

**Populus** debet cognoscere Deum per fidem, & per ea quæ creata sunt. p. 2. fo. 32. b. \* 1. & 2.

**Populus Romanus** an possit imperatorem deponere. p. 2. fo. 4. a. a.

**Populus** quemadmodum debeat cooperari in his quæ pertinent ad Regem. p. 2. fo. 36. a. \* 1. & 2.

**Populus** est hominum maiorum, mediorem, & minorum adunatio. p. 2. fo. 30. a. \* 1. & h.

**Populus** debet obedire Regi in omnibus ijs quæ iusserit. p. 2. fo. 38. a. \* 2.

**Populus** qualiter debeat custodire parentes, & consanguineos Regis. p. 2. fo. 5. b. \* 1.

**Populus** qualiter debeat Regem honorare, etiam post mortem. p. 2. fol. 38. b. \* 1. & fo. 39. \* 1. & 2.

**Populus** quibus in rebus teneatur obedire Regi, & in quibus non. p. 2. folio. 38. b. a.

**Populus** qualiter Regem nouum recipere, & honorare debeat. p. 2. fol. 39. b. \* 1. & d.

**Populus** quasi sollicitus esse debeat de Rege. p. 2. fo. 34. b. \* 1. & 2. & seq.

**Populus** ad instar sensus odoratus debet à longè præuidere Regi proficitia, vel nociua. p. 2. fo. 35. a. \* 1. & fol. 41. b. \* 1.

**Populi** iurisdictione carentes, quomodo possunt condere statuta. p. prima. fo. 7. b.

**Populi Romani** appellatione intelliguntur omnes gentes quæ Romanæ ecclesiæ obediunt. p. 2. fo. 4. a. a.

**Populi** appellatione comprehenduntur clerici. p. 2. fo. 30. a. h.

**Populum** Rex debet tripliciter diligere. p. 2. fo. 30. b. \* 1. & 2.

**PORTVS** quid sit. p. 7. fo. 98. a. \* 2.

**POSTHVMVS** licet approbet testamentum patris tamē adhuc non valet. p. 6. fo. 8. a. f.

**Posthumus** non potest committere causam ingratiitudinis. p. 6. fo. 42. a. l.

**Posthumus** ut hæreditatem consequi possit, hodie requiritur per. l. 13. Tauri quod sit baptizatus; & quod uiuat per viginti quatuor horas, & quod tali tempore nascatur, quod sit possibile cum viuere naturaliter. ibidem. p.

**POSSE** id dicimur quod salua conscientia possumus. p. 2. fo. 61. a. f.

**POSSESSIO** est iusta detentio rerum corporalium cū corporis intellectu, & adiutorio: incorporalia enim non possidentur. p. 3. folio. 172. a. \* 2.

**Possessio** ut acquiratur requiritur animus acquirentis, & actus corporalis eius, aut alterius pro eo tenentis, vel intrantis: alias non quæritur possessio. p. 3. fo. 173. a. \* 1.

**Aliqui** tamen sunt casus in quibus acquiritur possessio sine corporali apprehensione. ibidem. f.

**Possessio** mercium acquiritur per clauium traditionem in conspectu horrei. ibidem. \* 2. & h.

**Item** per traditionem literæ emptionis vel donationis rei, vel faciendoliteram nouam. p. 3. fo. 173. b. \* 1.

**Et** hoc procedit siue tradantur instrumenta rerum corporalium, siue iurium incorporalium, veluti nominum debitorum. ibidem. a.

**Possessio** qualiter transferatur in tertium. p. 3. fo. 174. a. col. 1. per totum.

**Possessio** quando retinetur animo & corpore videtur quod non possit amitti solo animo. ibidem. h.

**Possessio** rei immobilis perditur per deiectionem, aut occupationem, si postea veniens possessor non admittitur. p. 3. fo. 173. a. \* 2.

**Possessio** perditur per fugā ferarū, auium, vel animalium. p. 3. fol. 173. b. \* 1.

**Possessio** duplex est, vna naturalis, quando corporaliter quis possidet. Alia civilis, quando recedit à re non animo derelinquēdi eam. & hæc animo retinetur. p. 3. fo. 172. b. \* 1.

**Possessio** non perditur quamuis malitiose colonus eam deserat. p. 3. folio. 174. b. \* 1. & c.

**Possessio** quibus modis amittitur. ibidem. \* 2.

**Possessionis** appellatione siue à lege siue à statuto venit etiā quasi possessio. p. 3. fo. 172. b. d.

**Possessionis** quanta sit commoditas. p. 3. fo. 10. a. \* 1. & ibi. b.

**Possessor** bonæ fidei cum iusto titulo præscribit ius pignoris cōtra creditorem. 10. annis inter presentes, & si sciebat rem pignori obligatam esse alienam requiruntur triginta anni. p. 3. fo. 171. a. \* 2.

**Possessor** condemnatus restituere hæreditatem non solum tenetur restituere hæreditatem: sed etiam quicquid eius occasione acquisiuit. p. 6. folio. 98. a. \* 1.

**Possessor** malefidei tenetur de interitu rei hæreditaria post litem conte-

statam: ante non. ibidem. \* 2.

**Sed** bonæ fidei possessor non tenetur de interitu villo tempore. ibid.

**Possessor** bonæ fidei lucratur fructus industriales ante litem contestatam perceptos. p. 3. fo. 162. a. \* 2.

**Possessor** siue bonæ siue malæ fidei quanto tempore præscribit hæreditatem. p. 6. fo. 98. a. \* 3.

**Possessor** rei mobilis siue dolo, vel culpa eam exhibere non valens, non tenetur ad exhibendum. p. 3. fo. 7. b. \* 1.

**Possessor** si transportet, vel occidat rem quæ petitur exhiberi, ad quid teneatur. ibidem. \* 2.

**Possessor** rei quid facere debeat quādo ab eo petitur res siue possideat suo nomine, siue alieno. p. 3. fo. 10. \* 2.

**Possessor** bonæ fidei habet impensas in totū vltra fructus. p. 3. fo. 163. a. a.

**Possessor** malæ fidei quando possit recuperare expensas quas in aliena re fecit. ibidem. e.

**Possessor** malæ fidei si rem immobilem alienauit, licet recipiens habeat bonam fidem non præscribit, nisi triginta annis. p. 3. fo. 169. b. \* 1.

**Possessor** bonæ fidei quis dicatur. p. 3. fo. 151. a. f.

**Possessor** bonæ fidei potest retinere rem ab eo per dominum verū euitam ob expensas quas in ea de nouo fecit. p. 3. fo. 162. b. \* 1.

**Possessor**, à quo hæreditas euincitur, si est bonæ fidei tenetur tantū restituere fructus perceptos ante litem contestatam stantes & non consumptos, malæ fidei possessor contra. p. 6. fo. 97. b. \* 1.

**Si** tamen ex eis factus est locupletior tenetur in quantum locupletior factus est. ibid. b.

**Possessorium** cautius est intentare, quam petitorium, propter difficile dominij probationem. p. 3. fo. 9. b. \* 2.

**POTESTAS** quibus modis accipitur. p. 4. fo. 47. a. \* 2.

**PRATA** dicuntur ex quibus potest percipi fructus etiam absque pastura: quoniam secari potest herba. p. 3. fo. 105. b. a.

**Pratum** quid sit. p. 7. fo. 98. a. \* 2.

**PRANDIUM** apud antiquos fiebat hora nona. i. hora. 3. post meridiem. p. 2. fo. 12. a. a.

**In** prandio non debet esse nimia taciturnitas nec ad aurem loquutio, vel per signa vt monachi. p. 2. fo. 29. b. \* 1.

**In** prandio maiori cum laude filet eruditus quam loquitur.

**PRAECEPTVM** iudicis in quibus casibus nō valet. p. 3. fo. 140. b. \* 1.

**Præceptum** iudicis factum aduocato vt amplius non loquatur nihil valet. ibidem. h.

**PRAEDA** hostium quasi sit diuidēda. p. 2. fol. 97. 98. 99. & 100. & 101.

**De** præda hostium debet dari Regi quinta pars. p. 2. fo. 95. b. \* 1.

**Si** vero bellum fiat de sumptu Regis debet habere medietatem eorum quæ capta sunt in bello. p. 2. fo. 96. a. b.

**Præde** quinta pars soli Regi debetur. p. 2. fo. 97. b. \* 2.

**Præda** quando à nostris militibus statim recuperatur reddenda est prioribus dominis fingitur enim nunquam capta propter subitam recuperationem. p. 2. fo. 101. b. a. & 102. b. \* 2.

**PRAEDICATOR** tria in se debet habere. p. 1. fo. 45. b. \* 2. & 46. a. \* 1.

**Prædicator** non disputet publicè coram populo cum hæreticis de fidēi apicibus. p. 1. fo. 46. b. \* 1.

**PRAELATI** ita debent esse literati, vt respondeant ad omnes quæstio. p. 1. fo. 32. b. d.

**Prælati** qualiter debent castigare subditos. p. 1. fo. 47. b. \* 1. & 2.

**Prælati** qui terram habent à Rege debent personaliter ire cum Rege ad debellandum inimicos fidei. p. 1. fo. 66. b. f.

**Prælati** strictè illi tantum dicuntur qui habent iurisdictionem fori contentiosum. p. 1. fo. 84. b. h.

**Prælati** cum prædicat quatuor debet attendere tempus, locum, quibus & qualiter. p. 1. fo. 45. b. \* 3.

**Prælati** & clerici personaliter à bello quæ geritur contra principes Christianos excusantur. p. 1. fo. 67. a. a.

**Prælati** exigentes plus debito à subditis pretextu seruitij, seu subsidij quod petitur à Papa vel debet dari Regi tenentur restituere cum duplo pauperibus. p. 1. fo. 146. b. \* 1.

**Prælati** in quibus casibus grauant iniuste subditos. p. 1. ibi. \* 2. & 3.

**Prælati** si publicè peccauerit acrius, quam alij puniri debet, propter exempli perniciem. p. 1. fo. 22. b. d.

**Prælati** à quibus ludis debeat abstinere. p. 1. fo. 49. b. \* 1.

**Prælati** etiam cum consensu capituli in casu non permissio res ecclesiæ alienare non potest. p. 1. fo. 110. b. \* 2.

**Si** tamen monasterium de nouo fecerit potest ei quinquagesimam partem reddituum mensæ suæ donare. ibid. & k.

**Prælati** regulariter nihil potest facere sine capitulo: fallit tamen in tribus casibus. p. 1. fo. 112. a. c. & d.

**Prælati** in rebus gerendis sufficit quod habeat consilium, neque requiritur consensus nisi reperiatur expressum, vt in alienatione, & cæteris casibus expresse. ibid. b. b.

**PRAEMIUM** est id quod liberaliter datur à Rege vel duce belli his



# Index materiarum

- qui præclarum factum in bello fecerunt. p. 2. fo. 104. a. \* 1.
- Præmium in bello quando soleat dari. ibid. folio. 104. b. \* 1. & folio. 106. a. \* 1. & 2.
- PRÆSCRIBI** quæ res possint. p. 3. folio. 165. b. \* 2. & folio. 166. a. \* 2.
- Præscribi vtrum possint tempore immemoriali res publicis vsibus deputatæ. p. 3. fol. 166. b. d. per totum. & fol. sequen. a. e.
- Præscribi possunt res ecclesiæ, vel loci religiosi immobilis. 40. annis. Mobilis autem triennio nisi fuerit ecclesiæ Romanæ, in qua requiritur præscriptio centum annorum. p. 3. fo. 171. a. \* 1.
- Hæc tamen præscriptio trium annorum non procedit de iure canonico. ibidem. c.
- Præscribi non possunt res dotales durante matrimonio nisi marito dilapidante bona vxoris. p. 3. fol. 167. a. \* 1.
- Præscriptio interrumpitur per possessionis amissionem, vel citationem, aut in iudicio petitionem, vel per debiti nouationem, chirographum, fideiussores. & c. p. 3. fo. 171. b. \* 1.
- Præscriptio non currit contra minorem viginti quinque annis nec contra filium familias. p. 3. fo. 167. a. \* 1.
- Præscriptio per bonæ fidei possessorem vidi in dict. possessor.
- Præscriptio longi, & longissimi temporis qualiter differant. p. 3. folio. 171. b. 1.
- Præscriptio cum mala fide an procedat in actionibus personalibus Bar. tol. tenuit quod sic sed in contrarium est communis doctorum opinio. p. 3. fo. 170. b. a.
- Præscriptioni non potest rennitiari per pactum. p. 3. fo. 170. a. f.
- Præscriptionis initio sufficit habere bonam fidem, nec eam postea mala fides superueniens interrumpit. p. 3. fo. 168. a. e.
- De iure tamen canonico (cui in hoc standum est) non procedit: imo requiritur bona fides vsque ad completam præscriptionem. ibidem.
- In præscriptione longi temporis est necessarius titulus. p. 3. fol. 169. b. a.
- Et qualis debeat esse huiusmodi titulus. ibidem.
- In longi temporis præscriptione quando dominus præsens fuit per aliquod tempus, postea absens qualiter debeat fieri computatio temporis ad præscribendum. p. 3. fo. 169. b. \* 2.
- Præscriptio est in solo vsu & ideo non porrigitur ultra factum. p. 2. fo. 45. b.
- Præscriptio non currit effectualiter impedito impedimento iuris, vel facti. p. 6. fo. 58. a. c.
- Præscriptio immemorialis qualiter probetur. p. 4. fo. 63. a. col. 1. in med.
- PRAESENS** dicitur ille, qui est in ciuitate, veletiam in territorio ciuitatis, si tñ de facili conueniri possit. p. 5. fo. 75. a. g.
- Præses vel alius curiæ regis magnus officialis non potest esse in curia procurator, nisi pro liberando, ad mortem iniuste cõdemnatum. p. 3. fo. 33. a. \* 1.
- Præses prouinciæ qualiter in prouincia se gerere debeat. p. 2. fo. 27. a. \* 2. & ibid. b. c. & p. 3. fo. 23. a. \* 2.
- PRETIUM** iustum dicitur illud quod habiturus erat possessor. p. 5. fol. 31. b. c.
- PRAESENTATVS** si non est idoneus non debet institui episcopus. p. 1. fo. 115. b. a.
- De iure presentandi vide in dictio. patronus.
- Quid si episcopus timeat quod patronus fauore aut alias corruptus non presentet idoneum? Potest eum iuramento astringere, vt presentet idoneiorem. ibidem.
- Presentari quæ personæ possint. ibid.
